PAULLI DIACONI EMERITIENSIS LIBER DE VITA ET MIRACULIS PATRUM EMERITENSIUM A...

Paulus : Emeritensis 610- 672, Tomas Tamayo de Vargas

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
27 D
47

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

61
F
19

61
F
19

61.2(1)

Digitized by Google

7-9628
m 342

Digitized by Google

Digitized by Google

PAVLLI
DIACONI EMERITENSIS
LIBER
DE VITA ET MIRACVLIS PATRVM EMERITENSIVM

A multis hactenus deſideratus, nunquam editus:

Ad veteres Gothorum & Latinorum membranas collatus, & Notis illuſtratus.

Vnà &

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ
DE REBVS EMERITENSIBVS.

E Bibliotheca

D. THOMÆ TAMAIO DE VARGAS ABVLÆ-CARPETANI PHILIPPI QVARTI MAGNI HISPANIARVM ET INDIARVM REGIS HISTORIOGRAPHI.

ANTVERPIÆ,
Apud IOANNEM MEVRSIVM.
ANNO M. DC. XXXVIII.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Eccleſiaſtici Scriptor cap. xxxix.

Σοφίαν πάντων ἀρχαίων ἐκζητήσει.

Διήγησιν ἀνδρῶν ὀνομαστῶν συντηρήσει.

SAPIENTIAM. OMNIVM. ANTIQVORVM. EXQVIRET.
[SAPIENS]

NARRATIONEM. VIRORVM. NOMINATORVM. CONSERVABIT.

Digitized by Google

SENATVI POPVLOQVE

.EMERITENSI

Hoc eſt,

AMPLISSIMIS. ET. SPECTATISS. CIVIBVS
ILLIVS. VRBIS·

QVÆ. SI. ORIGINEM. SPECTES. ANTIQVISSIMA. ET. NOBILISS. AB. AVGVSTO. IMP. CONDITA. ET. AVGVSTA. NOMINATA. EMERITORVM. MILITVM.

PRÆMIVM. FVIT. ET. DOMICILIVM.

SI. PRIVILEGIA. COLONIA. ROM. ET. IVRIS. ITALICI. LVSITANIÆ CONVENTVS. FAMILIARVM. ADIECTIONE. SACRIFICIORVM. VSV NOBILIVM. POPVLORVM. AMICITIIS. ET. COMMERCIO. VIARVM CVRA. ET. MVLTIPLICI. VETERVM. MONVMENTORVM. ORNAMENTO

MACTA

SI. TITVLOS. VRBIVM. IN. HISP. MAXIMA. ET. CLARISS. LVSIT CAPVT. SINGVLARI. PRÆROGATIVA. MAGNA. SERMONE. HABITV. MORIBVS. ET. ÆDIFICIORVM. PVBLIC. CVLTV. NON SOLVM. ROMÆ. QVAM. SIMILLIMA. SED. ETIAM. DICTA.

ALTERA ROMA

SI. INNATAM. ANIMI. FORTITVDINEM. A. ROMAN. ET. GOTHIS CVLTA A MAVRIS. PRIVS. OPPRESSA. QVAM SVPERATA SI. QVOD. MAIVS. EST. VERÆ. RELIGIONIS. VETVSTATEM. ET. PRÆSTANTIAM PETRI. ET. IACOBI. APOSTOLOR. PRÆSENTIA. METROPOLITANÆ. SEDIS. HONORE. COPIOSA. SANCTISS. PRÆSVLVM. SERIE. CONCILIORVM. DOCTRINA. MARTYRVM. GLO-

Digitized by Google

RIA. CONFESSOR. EXEMPLO. VIRORVM. SCRIPTIS. ET. BELLO. CLARISS. NATALIBVS. PLVRIBVS. CELEBRIVM. SCRIPTOR. TESTIMONIIS. CVNCTIS. SÆCVLIS. EST. NOBILITATA.

PAVLLVM. EMERITENSEM

VNVM. EX. TOT. LAVDIBVS. SVPERSTITEM. MELIORIS. EMERITENS. FAMÆ. TVTANVM. REDIVIVVM. DENVO. ET. ILLVSTRATVM. ET. HAS. PRISCÆ. FORTVNÆ. RELIQVIAS. EX. PENITISSIMA. ANTIQVITATE. PRIMVM. ERVTAS.

D. THOMAS TAMAIO DE VARGAS
HISTORIOGRAPHVS REGIVS
L. M. D. D. C. Q.

AD

Digitized by Google

AD EXTERVM
RES HISPANAS AMANTEM.

HISPANIAM noſtram cunctis ſęculis ingeniorũ altricem non, opinor, tam caudex erit, qui ignoret; non tam inuidus, qui contra conteſtatam & inconcuſſam tot monumentorum fidẽ inficiari audeat. Mitto antiquiſſimos, qui apud Strabonem *inter Hiſpaniæ populos ſapien-* 3.Geog.
tiâ putabãtur excellere, & litterarum ſtudiis vtebantur, & venerandæ vetuſtatis volumina habebant, poëmata, leges quoque verſibus conſcriptas è ſex annorum millibus, vt aiunt. Ceteri enim Hiſpani vſum habebant litterarum non vno quidem genere, nec vna illis lingua. Mirum certè in iis, quibus ſemper

——Omnis in armis
Lucis cauſſa ſita, & damnatum viuere paci; 3.Punic.

teſte Italico, Hiſpano vate. Pacatis quippe & togatis artibus florere inter ſagorum vſum & armorum ſtrepitum à natura inditum, non exemplo comparatum eſt. Mitto etiam illam feliciſſimã Scriptorũ Hiſpanorum ſegetem, quæ ab Auguſtæo æuo ad Neronianum ipſos

Romanos rerum dominos, gentemq́ togatam, cùm *facundiſſimos oratores*, & *clariſſimos vates* illis Hiſpania pepererit, vt Latinus Pacatus Panegyr. ad Theodoſium Aug. noſtrum ait, omnigenæ eloquentiæ profeſſione admirata eſt. Vnde ſemper cum ingeniorum principe Auguſtino *Hiſpanos ſapientes* poſſumus appellare. Illorum etſi multa præclara ingenij monumenta fatorum liuore perierint; pleraque tamen propitiante bono ipſorum genio cum feliciori cuiuſcumque gentis hac de re prouentu, fatente inuidia, poſſunt comparari. Ex iis pręter tot millia, quæ in pretio apud omnes & fructu ſunt, non pauca in antiquiſſimis rarioris Notæ bibliothecis hactenus deliteſcũt, quæ ȧb eruditis cognita & laudata, maius de ſe aliis excitarũt deſideriũ. Aliquot G. Loaiſa, A. Morales, I. Mariana, aliiq́ue doctrinâ & auctoritate præſtãtes viri communis iuris Reip. cauſsâ fecerũt. Aliquot etiam ego cum tineis adhuc & blattis incredibili rei litterariæ damno rixantia, è tenebris eruta, ad vetuſtiſſimas membranas compoſita, & Notis illuſtrata, editioni parata habeo. Quorum quidem catalogum hîc libenter meritò texerẽ, ni piceatas & tagaces quorumdam ardelionum manus

8. de Ciuit. c. 11.

nus

Digitized by Google

nus timerem, quos Harpyiarum more in modeſtiorum ſibique diſſimillimorum ſcrinia inuolantes

Conuectare iuuat prædas & viuere rapto;
quippe quibus —— [a] *fœdiſsima ventris* [a]Virg. 3. Æneid.
Proluuies, vncæque manus ——
—— roſtra [b] *apta rapinis,* [b]Ouid. 6. Faſt.
—— vnguibus hamus ineſt.

Verùm enimuerò Carnam ſiue Cardineam Nympham Kal. Iun. [c] ſuillo lardo veteri ritu placabo, vt vel hos [d] Fidentinos, [e] Autolycos, [f] Gleptas, [g] Æſopi graculos, &

[h] *bonorum malas carminum lauernas*

auerruncet, aut ſaltem præſentem audaciſſimis

[i] *Imponat* PLAGIARIIS *pudorem.*

[c]Ouid. 6. Faſt. [d]Martial. 1. epig. 30. 54. 73. [e]Homer. Iliad. κ. Odyſſ. λ. & Ouid. 40. Met. [f]Plaut. Trucul. [g]Horat. ad Piſon. [h]Auſon. ad The. [i]Mart. 1. ep. 53.

Certè, etſi innocuæ librorum licentiæ

Triſtius haud illis monſtrum, nec ſæuior vlla
Peſtis, & ira Deûm ſtygiis ſeſe extulit vndis;

Naturæ tamen melioris beneficio ita comparatum habemus, vt quoties hæc

Turba ſonans prædam pedibus circumuolat vncis, Virg. 3. Æneid.

& alienas, & *vtcumque* harpagatas effrontiſſimo

Polluit ore dapes; ——

extem-

extemplò indicio ſuo ipſa editionis fœditas & erratorum ſeges

—— *Traducit manifeſto * carmina furto.*

Experimento apud nos heri & nudius tertius didicimus; hodie etiam timemus. Verùm dum illi ementitæ & emendicatæ Famæ larua circumferuntur, nos veris in Remp. litterariam, & in Patriam meritis, de vtraque (vti hactenus & fortaſſe an non inutiliter fecimus) optimè mereri σὺν θεῷ non deſinemus.

* *ſiue* crimina. *vtrumque in exempl. Mart. l. 1. ep. 54. legitur, & vtrumque Prædones noſtri committunt.*

PAVL-

PAVLLI

DIACONI EMERITENSIS

DE

VITA ET MIRACVLIS

PATRVM EMERITENSIVM.

Digitized by Google

Præfatio.

Auguſtus puer, miniſter Eccleſiæ S. Eulaliæ Emeritenſis moriturus per viſionem ducitur ad tribunal gloriæ. Cap. I.

Monachus Caulinianenſis apud Emeritam monaſterij morti vicinus, ex ebrio & fure ad Dominum conuerſus. Cap. II.

Nunctus Abbas Africanus Emeritam veniens à ſceleratis eſt occiſus; qui mox à dæmone ſunt correpti. Cap. III.

Paullus Medicus natione Græcus fit Epiſcopus Emeritenſis; mulierem ex partu laborantem ſanat. Cap. IV.

Fidelis natione Græcus, filius ſororis Paulli Epiſcopi Emeritenſis, viuente auunculo ſubrogatur in Epiſcopatu. Cap. V.

Fidelis Epiſcopus poſſeſſiones ſuas relinquit eccleſiæ S. Eulaliæ, Clericos à ruinæ periculo liberat. Cap. VI.

Fidelis Epiſcopus viſus intereſſe ſacrorum choris. Cap. VII.

Fidelis Epiſcopus viſione admonitus bonis in pauperes diſtributis migrat ad Dominũ. Cap. VIII.

Maſſona natione Gothus, nutritus in Eccleſia S. Eu-

Digitized by Google

S. Eulaliæ, ſuccedit Fideli in epiſcopatu: Xenodochium & monaſteria ædificat. Cap. IX.
Leovigildus Rex VViſegothorum Arianus ſtudet auertere Maſſonam Epiſcopum Emeritenſem à fide Catholica. Cap. X.
Sunna pſeudo-Epiſcopus Emeritenſis Arianus diſputatione publica victus à Maſſona. Cap. XI.
Maſſona Toletum à Rege vocatus, recuſans dare tunicam S. Eulaliæ, in exſilium miſſus, equum ferocem domat. Cap. XII.
Nepopis pſeudo-Epiſcopus Arianus Emeritæ ſubſtitutus; Maſſona verò in monaſterio per triennium exſul miraculis claret. Cap. XIII.
Leovigildus Rex percuſſus à S. Eulalia Maſſonam reſtituit Eccleſiæ Emeritenſi. Cap. XIV.
Fugiente Nepopi pſeudo-Epiſcopo Maſſona res Eccleſiæ recuperat. Cap. XV.
Leovigildo Regi in hæreſi mortuo Reccaredus filius Catholicus ſucceſsit. Cap. XVI.
Sunnæ pſeudo-epiſcopi fraude cùm à VVitterico Comite Maſſona gladio peteretur, miraculo liberatus. Cap. XVII.
Iterum Maſſona liberatur ab inſidiis Sunnæ ope Claudij Ducis Emeritenſis: Sunna pertinax & exſul obiit in Mauritania, Vacrila ſocius criminis fit mancipium Eccleſiæ. Cap. XVIII.

Narbonenſis tumultus Arianorum ab Epiſcopo Athaloco excitatus, compreſſus eſt opera Reccaredi Regis. Cap. XIX.

Maſſona valdè ſenex factis eleemoſynis moritur, Eleutherio Archidiacono ex prædictione viri ſancti præmortuo. Cap. XX.

Poſt Maſſonam Innocentius Diaconus fit Epiſcopus Emeritenſis, & poſt illum Renouatus, vterque clarus miraculis. Cap. XXI.

PAVL-

Digitized by Google

[1] PAVLLI
[2] DIACONI EMERITENSIS
[3] DE VITA
PATRVM EMERITENSIVM

Opuſculum incipit in * nomine Domini.

* *Ita in Gothicis exemplaribus.*

[4] PRÆFATIO.

VIrorum Orthodoxorum, maximeq́; Catholicorum, prorſus [5] vera nullus eſſe ambigat miracula, quæ [6] ſanctiſſimus egregiuſq́; vates Romanæ Præſul urbis Gregorius, inflammatus Paracliti chariſmate Spiritus, Dialogorum in libris veridico edidit [7] prænotationis ſtylo; quæ olim ſcilicet omnipotens Deus ſeruulis pro ſuis benè ſibi placitis, propter honorem nominis ſui patrare dignatus eſt; ne qualibet ob hoc dubitanti quiſpiam æſtuet animo, quòd priſcis iam temporibus geſta eſſe videantur, & fortaſſis fidem plenam minimè accommodet, & præfatum ſacratiſſimum virum, vas ele- Act. 9. v. 15.

Digitized by Google

ctionis,[8] ſacrarium Spiritus ſancti, aliqua vanis & nebuloſis verbis fuſcaſſe opinetur: dum' luce clarius Euangelicæ auctoritatis voce cunctis manifeſtetur Dominum ſemper operaſſe & hactenus operari. Quamobrem, vt omnium legentium vel audientium fides maiori credulitatis robore firmetur, ea modernis temporibus in[10] Emeritenſi vrbe fuiſſe narramus; quæ non relatu aliorum agnouimus, neque fictis fabulis didicimus; ſed[11] quæ ipſi eo referente auribus noſtris audiuimus, quem è corpore mirabiliter egreſſum, & ad ætherea regna perueniſſe, non dubitamus.

Ioan. 5. 17.

CA-

Digitized by Google

CAPVT I.

PVERVLVS quidam non grandi adhuc ætate, &, vt pleniùs dicam, ephebus, nomine Auguſtus, inſons, ſimplex, litterarumq; inſcius, dum ceteris coæuis ac ſodalibus ſuis[1] puerulis, fideli mente in domo egregiæ virginis Eulaliæ ſui ſeruitij miniſterium, quod ei à[2] Præpoſito cellæ, venerabili viro, fuerat delegatum, perageret; repentè hunc contigit ægrotaſſe: cumq; ad eum[3] viſitandum, vt moris eſt, multi ambularent, crebriuſq; ipſe pergerem; En accidit nocte quadam explicitis Vigiliarum ſolemniis (nam in eadem ſancta Eccleſia mos eſt, vt hyemis tempore ſeorſum[4] Matutinum Officium, facto interuallo modico admittente Domino celebretur) quo igitur temporis interuallo, cùm ad vidēdum eum perrexiſſem; ingreſſuſq; cellam, in qua ipſe recubabat, cunctos, qui aderant, ita reperi ſopore depreſſos, vt nullus eorum ad miracula fuiſſet expergefactus. Introiui, lumen verò, quod ibi accenſum erat, extinctum inueni; qui protinus omnes ante eum iacentes conſurgere monui, & lumen, quod extinctum fuerat, denuò accendere imperaui: adhibitoq; mox lumine, præfatum Auguſtum, quemadmodum ſe haberet, ſciſcitatus ſum. At ille inquit: Equidem quātum ad pręſentis pertinet vitę ſpem, fateor ita iam omnes corporis mei artus reſolutos,

vt nihil virium omninò remanſerit: quantùm verò pertinet ad ſpem vitæ æternæ, non ſolùm ſpem habere me gaudeo; verùm etiam ipſum vitæ æternæ Auctorem Dominum IESVM CHRISTVM cum Angelorum cateruis, atque omnium Sanctorum innumerabiles multitudines, me vidiſſe confiteor. Dumque hæc, quæ vidiſſet, audiſſem, ſtatim in ſtuporem verſus vehementer contremui, atque, vt mihi cuncta, quæ viderat, ſigillatim narraret, ſ deprecaui. Adhæc, inquit ille: Teſtor Dominum cæli & terræ, me tibi phantaſticam viſionem nullam referre; ſed, vt magis credas, fateor etiam tibi, me hac nocte minimè dormiiſſe. Et dum hæc dixiſſet, ita exorſus eſt: Fui in loco amœno, vbi erant multi odoriferi flores, herbæ viridiſſimæ, roſæ & lilia, & coronæ ex gemmis & auro multæ, vela holoſerica innumerabilia, & aër tenuis flabrari frigore flatu ſuo cuncta refrigerans: ibi etiam vidi ſedes innumerabiles poſitas ad dextram læuamque, in medio verò multùm ſublimior poſita præminebat; ibi namque aſtabant pueri innumerabiles, omnes ornati, & pulchri pręparantes menſas, & cõuiuium eximium, non de qualibet pecude, ſed tantùm de altilibus omnis parabatur ferculorum copia, & omnia, quæ parabantur, erant candida inſtar niuis, & præſtolabantur aduentum ſui Regis. Tum deinde ego indignus (operæpretium mihi arbitratus fore, tantæ rei miraculum, ſi plenius referente illo audirem) aio ad

eum:

Digitized by Google

eum: Dic mihi, obſecro, dum iſtud, quod narras, parabatur; tu quid faciebas? Ille verò reſpondit: Omnium pedes oſculabar, & illi dicebant: Benedictus Deus, qui te benè adduxit. Dum hæc verò dicerent, & omne miniſterium præpararent; ſubitò aduenit ingens multitudo candidatorum, omnes auro & lapidibus pretioſis ornati, & coronis rutilantibus redimiti; & vna acies ipſius multitudinis ad dextram, alia verò ad læuam partem gradiebatur: in medio autem eorum veniebat vir ſplendidiſſimus, nimiumque pulcherrimus, forma decorus, aſpectu glorioſus, ſtatura procerior cunctis, lucidior Sole, candidior niue; cumq; perueniſſent ad præparatas ſedes, ſedit pulchrior ille vir in eminentiori loco; ceteri procidentes, adorantéſque eum, reſederunt in ſedibus ſuis. Statim denique benedixit omnes. at illi adorauerunt ſemel, & iterùm, ac tertiò; deinde ferculorum præparatio appoſita eſt illi. Dum cœpiſſent epulari, dixit ille ſpecioſus vir qui ſedebat excelſior, ad eos qui circùm aſtabant: Aliquis hic ruſticus eſt? Illi verò reſponderunt: Adeſt Domine. tum demum ille: Præſentetur conſpectui meo. Ego autem ſtabam à longè, & intuebar, & cõſpiciebam; dúmque præſentatus fuiſſem eius obtutibus, cœpi vehementer contremere; ille verò dixit mihi: Noli timere fili, tranſi poſt ſcapulam meam, & hîc ſta. & adiecit. Noli timere; ſcito, quia protector tuus ero, nunquàm tibi aliquid deerit; ego te ſemper paſcam,

Digitized by Google

ego te ſemper veſtiam, ego te omni tempore protegam, & nunquàm derelinquam. Illicò namque de eodem conuiuio eſcam, poculúmque, quale nunquàm videram, mihi tribueret iuſſit. quod ſuſcipiens omni cum iucunditate percepi; & verè fateor, manere ita ab illius gratiâ refectum, vt deinceps aliud nihil præter illum deſiderem cibum. Igitur explicito conuiuio ait mihi: Ambulet iſta multitudo aliam viam, tu mecum profecturus eris, vt tibi oſtendam [6] viuariolum meum, quem habeo. Rurſumq; conuiuio iam conſummato proceſsêre omnes, & adorauêre eum; idem benedicens eos Rex permiſit abire. Illis verò abeuntibus trahebant ad tribunal eius neſcio quos homines vociferantes; magnis qui vlulatibus eiulabant; quorum dum voces audiſſet, ait: Trahite foràs malos ſeruos, nõ ſunt digni videre faciem meam. quod cùm dixiſſet, tam celeriter nimirum abſtracti ſunt, vt eos pleniùs non potuiſſem videre, neque cognoſcere. Rurſus etiam ſciſcitans dixi: Quæſo, fili, vt mihi dicas, ſi aliquem agnouiſti ibidem de his, qui mihi in hoc ſæculo cogniti fuêre, & iam de hac luce migrauêre? Ad hæc ille ait: Homines, quos ibi vidi, longè erant ab his omnibus, quos videmus modò, nam aliâ formâ, & alio habitu decorati ſunt omnes. Deinde ſubiungit: Poſtquàm verò traxêre illos homines foras, ſurrexit ille ceteris pulchrior Dominus de ſua ſede, apprehendenſque manum meam, eduxit me in hortum

amœ-

Digitized by Google

amœniſſimum, vbi erat riuus, in quo erat aqua vitrei coloris, & ſecus riuum ipſum ſilua aromatum, & flores multi fragrantes, redolenteſq; diuerſis ſuauitatis odoribus; & ſic iuxtà riuum ipſum venientes peruenimus vſque ad locum, quem nunc in ſtrato iacens video. Hæc mihi memoratus puer multis coràm poſitus retulit. Quamobrem ego indignus, & omnium peccatorũ primus Leuita Chriſti, quemadmodùm narrauit, ſcribere malui verbis licet aliis, ſenſibus tamen ipſis: poſthæc verò cuncta quæ audieram, ſanctiſſimo viro Domino, & [7] Abbati meo nuntiare procuraui; quibus ille agnitis (vt ei ſemper moris eſt viſceribus pietate repletis) quantocyùs ad eumdem Auguſtum properauit, atque inhianter, quæ dudum narrauerat, eius ex ore cupiens audire, quídnam vidiſſet, ſciſcitatus eſt. Atque idem Auguſtus, quæ priùs dixerat nihilominùs repetens, eius ſanctis auribus intimauit. Demùm almo ac beatiſſimo viro cuidam Leuitæ, vniuerſiſque Fratribus ſe percontãtibus, quæ paullò antè dixerat, repetebat: nam mox cœpit animus eius flagrare [8] deſiderio percipiendæ pœnitentiæ. qua confeſtim accepta; dum ego abiiſſem, atque ad Baſilicam S. MARIÆ ſemper Virginis (quæ quinque millibus ab vrbe Emeritenſi diſtat) gratia orationis properaſſem, quam etiam baſilicã vulgus S. Quintilinam hactenus vocitat; inde regreſſus iam veſperaſcẽte die, eum defunctũ reperi: & quoniam iam veſpere erat, mi-

nimè

Digitized by Google

nimè ea die ſepultus eſt. Sequenti verò nocte, dum ipſum corpuſculum inhumatum in ' cellula, qua defunctus fuerat, iaceret; intempeſta nocte idem Auguſtus alium puerulum æquæuum ſuum nomine Quintiliarem à foris præmagna voce vocauit. Cuius voce audita & cognita, quidam puer ſimplex & verax nomine Veranianus illicò ſurrexit, egreſſuſque foras ipſum Auguſtum in alba ſtantem videre meruit; ſed pauore perterritus, propiùs ad illum accedere non præſumpſit: cuius faciem niueo candore ſe vidiſſe, cum iuramento teſtatus eſt; alio verò die corpuſculum eius ex more in Baſilica ſanctiſſimæ Virginis Dominæ meæ Eulaliæ ſepulturæ eſt mancipatum.

CAPVT II.

FVERVNT plerique idonei viri ante non ſatis plurimos annos clementia diuina in ' prouincia Luſitaniæ, qui clementer ferunt geſtum Saluatoris noſtri miraculum: dum in monaſterio, cui Cauliana vocabulum eſt, quod Emerita vrbe haud procul ſitum fermè millibus octo diſtat, Reuerendiſsimus vir piæ memoriæ Renouatus Abbas præeſſet, poſt quæ etiam Emeritenſi vrbi Pontifex exſtitit mirificus, atque ſagaci ſollicitudine, vtpote vir perſpicax, & nimiùm acris ingenij, multumq; in omni diſciplina ac timore Domini ſtrenuiſsimus, cunctos illic
Iacob.3. v.13. commorantes monachos ſedulò per bonam conuerſa-

uerſationem, & ſancti operis exempla ad ſupernam patriam prouocaret, cunctúſque grex paſtorem præeuntem arctis ſemitis, callibúſque proſequerentur cælicis: lupus vorax vnam ei toto adnixu conatus eſt ore mordaci laniare ouiculam; ita dumtaxat vt omni cœtu ſanctæ congregationis in Domini laudibus perſiſtente, atque regulari tramite in timore Domini degente; quidam Monachus ab eorum diſcrepans ſanctiſſimis moribus gaſtrimargiæ & ebrietati inæſtimabiliter incumbens, ſe ſemetipſum contrà dedit: deinde ad maiorem declinans intentum furari, quæque potuiſſet reperire, cœpit; quem dum prædictus vir ſæpiùs blandè moneret, nec facilè coërcere valeret, iterum iterúmque verborum obiurgare increpationibus ſtuduit: ſed eum nec ſic ab illecebroſa edacitatis delectatione, atque furti rapacitatíſque intentione caſſauit; hunc flagris verberare, parſimoniis afficere, ergaſtulíſque tradi præcepit; ſed ille nihilominùs priſtinis perdurans piaculis, non ſolùm quid à flagitiis minimè ceſſabat: ſed diebus quotidianis ſemetipſum pollicens antris Auerni tartareis mancipare, magis magíſque feſtinabat. Cúmque eum videret tantópere peſſimæ intentionis pergere viam, vt nec tot viribus increpatus, nec toties verberatus emendari voluiſſet; tactus dolore cordis intrinſecùs, dimiſit Iud. ep.
eum abire ſecundùm deſideria cordis eius, ac præ- 16.
cepit his qui præerant promptuariis monaſterij, vt

quacumque hora vellet ingredi, quæcumque in cellariis optima, quæcumque dulcia reperiret, eum vſque ad vomitum nullus edere aut bibere prohiberet, etiamſi aliquid aſportare, & abſcindere ex more vellet, liberam poteſtatem haberet, vt plenius dignoſceretur poſtquam gulæ aut ventri ſatisfeciſſet, quídnam poſtmodùm eſſet acturus. Ille verò iuxta præceptum clauſtra reſerata aperiens, opulentiſſimi (vt fertur) monaſterij cellaria clàm opima penetrauit, cuſtodibus tamen eminùs circumquáque obſitus, callida diſſimulatione cernentibus, ignorante illo, ac præſtolantibus quídnam ageret: quæque dulcia & ſuauia eſu potúque reperiſſet, eò vſque paſſim vorabat bibebátque, quouſque mente perdita vix ambulare valebat; poſthæc fercula diuerſa furtim ſurripiens etiam vaſcula vinaria, quæ vſitato nomine 4 Guillones, aut 5 Flaſcones appellant, auferebat, & in horto contiguo monaſterij inter arbuſta frondoſa, aut arundineta condenſa in loco abditiſſimo occultabat. Tum deinde cibo iam nimio crapulatus, temulentiáque poculorum ſatiatus, ſibimet ad cubitum ſternebat, & apponens, quę furauerat, quamuis iam nõ delectaretur, & nimiùm onuſto ventre ructaret, tamen adhuc edere & bibere cupiebat; ſed dum grauato perquàm aluo * langueret potiùs quàm manducaret, illicò occurrente ſomnio obdormiebat; tum deinde venientes canes quæque portauerat, comedebant: cuſtodes itaque

annè lingeret?

è

è regione intuentes vaſcula, quæ detulerat, dormiente illo ad cellaria reuocabant; dúmque hæc multa per temporum ſpatia peragerentur, & nullus eum aliquando iam emēdari crederet: hoc exemplo Paſtor & Saluator bonus de ore leonis eũ abſtraxit. Ioan.10. v.11.
Accidit namque, vt die quadam, more ſolito, primo 2.Tim, 4.18.
diluculo de cellario temulentus exiret; quem vt viderunt ebrium pueri paruuli (qui ſub pædagogorum diſciplina in ſcholis litteris ſtudebant) hac protinus voce exclamauerunt: Conſidera iudicium terribile Domini, conſidera tremendi examinis metuendam ſententiam; conſidera formidandam, atque horrendam eius iudicij vltricem ſeueritatem, conſidera etiam annos ætatis tuæ, & ſic tandem mores commuta in melius, & vel vno die ante mortem tuam corrige vitam tuam, quia nobis infantibus, quæ tu agis non licet agere, quantò magis tibi, qui iam ætate plenus eſſe cerneris. Cumq; hoc audiret, pudore nimio coopertus erubuit, ſtatimq; compunctus eſt, & eiulatu magno flens cum lachrymis
eleuans oculos ſuos ad cælum dixit: Domine IESV Ezech.
CHRISTE, Saluator animarum, qui non vis mortem 18.24.& 33.11.
peccatoris, ſed vt reuertatur ab iniquitate, & viuat; te precor, vt corrigas me, & auferas iſtud ignominioſum opprobriũ de facie mea; aut certè, ſi tibi Pſal.82. v.17.
placeet, iam tolle me de hac miſerabili vita, vt am- 3.Reg.
pliùs improperium faciei meæ non audiam. Quem 19.4.
ſtatim Diuina pietas exaudire non diſtulit; ſed de Tob.3. v.11.

Digitized by Google

præſenti in eodem loco dolore percutiens, vi fe-
Pſal.76. v.11. brium æſtuare fecit. Nimirum dexterę Excelſi immutatio in tantum eum commutauit in melius, vt abhorrens omnes carnales delicias, flagranti animo pœnitentiæ remedium mox appeteret, corporis videlicet, cruoriſque Dominici Sacramentum deſideraret: ſed dum antefatus almus Pater putaret eum phrenitica aut improba mēte id flagitare, pœnitentiam plenariam dare diſtulit, ſed tantumdem ei viaticam gratiam impertiuit, ac tribus diebus totidemq́; noctibus lachrymis, & confeſſione mirifica ſatisfecit. Tertio poſthæc die demigratus è corpore, & valefaciens cunctis fratribus, ſic ait: Cognoſcite, quòd omnia delicta mihi dimiſſa ſunt, & ecce præ foribus ſanctiſſimi Apoſtoli Petrus & Paulus, necnon & beatiſſimus Laurentius Archidiaconus & Martyr cum innumerabili turba candidatorum me expectant, cum quibus ad Dominum pergere debeam. & hæc dicens migrauit è corpore. Poſt quindecim verò aut eò ampliùs annos memorabilis [6] amnis Anas nimium excreſcens, ripáſque aluei ſui ſupergradiens, fluenta liquoris latè aſperſit, & ruinas ædium per villulas vicinas littori ſuo multas fecit; ſimiliter & Caulinianenſis Monaſterij cellas euertit; quas dum Monachi reſtaurare voluiſſent: contigit, vt dum fundamenta conſtruunt in cellula, qua ſupradictus iacebat, ipſum ſepulchrum aperirent; ſed mox inde nectareus odor erupit, ipſe verò inte-

integer, & incorruptus repertus eſt, ac ſi hora ea-
dem fuiſſet humatus, vt nec veſtimenta eius, nec ca-
pilli ex aliqua parte cernerentnr fuiſſe corrupti.

CAPVT III.

DVM nouella narrare ſtudemus, priſca maiorum
geſta omiſeramus. Narrant itaque plurimi an-
te multa iam curricula annorum [1] temporibus Leo-
uigildi Wiſogothorum Regis ab Africanis [2] regio-
nibus in prouinciam Luſitaniam [3] Nunctum no-
ſtrum aduenisse Abbatem, qui cùm aliquamdiu
ibidem degiſſet, deuotionis gratiâ ad baſilicam
ſanctiſſimæ virginis Eulaliæ (in qua eius ſacratiſſi-
mum corpuſculum requieſcit) deſideranter acceſ-
ſit: ſed, vt fertur, per omnia aſpectum mulierum,
velut vipereum vitabat morſum, non quia aſper-
nabatur ſexum, ſed ex contemplata ſpecie tentatio-
nis metuebat incurrere vitium; ita etenim vt quo-
cumque loco pergebat, vnum Monachum ante ſe,
& alterum poſt ſe eminùs gradi præcipiebat, ne
eum per quamcumque occaſionem mulier videret:
qui, vt ſuprà diximus, cùm ad baſilicam ſanctæ Eu-
laliæ Virginis & Martyris veniſſet, reuerendiſſi-
mum virum Redemptum Diaconum, qui ibi præ-
erat, multis precibus exorauit, vt quando ad oratio-
nem nocturno tempore in eccleſiam de cella pro-
cederet, ita cuſtodias poneret, vt eum nulla penitùs

Digitized by Google

femina videret: ſed dum aliquot dies in eadem ſancta eccleſia moras feciſſet, quædam nobiliſſima & ſanctiſſima vidua, nomine Euſebia, omni deſiderio eum videre cupiebat, ſed ille nullatenus ſe ab ea videri patiebatur; dum verò ſæpiùs eum diuerſi rogarent, vt eam videre dignaretur, & ille nullo modo conſentiret; at illa coaſſumpto cõſilio ſupradictum Redemptum Diaconum deprecabatur, vt explicitis matutinis laudibus, dum ille de eccleſia ad cellulam reuerteretur, illa ſtante in abditiſſimo loco circa eumdem ſanctiſſimum virum, lumen cereorum clariſſimum fieri præciperet, vt ſaltem à longè eum videre mereretur, quod factum: at vbi ignorante illo femineus contigit aſpectus, ita cum gemitu magno ſeſe in terram proſtrauit, ac ſi magni lapidis ictu grauiter fuiſſet percuſſus, mox ipſi Redempto Diacono dicere cœpit: Indulgeat tibi Dominus, frater; quid eſt, quod feciſti? Poſthæc denique ſtatim egreſſus inde, ad Eremi loca paucis cum fratribus peruenit, ibique ſibi viliſſimum conſtruxit habitaculum: ſed cum crebris illic virtutibus coruſcaret, recurrente opinione ad auditum Leouigildi Principis peruenit, qui quamlibet eſſet 4 Arianus, tamen vt ſe eius precibus Domino commendaret, eidem viro auctoritate conſcripta, de quodam præcipuo loco fiſci direxit, vt alimenta, aut indumenta exinde cum ſuis fratribus haberet, quod vir Dei omnino accipere recuſauit; ſed dum ille renueret, & is, qui à

Rege

Digitized by Google

Rege directus ad eum venerat,diceret: Oblationem filij tui deſpicere non debes; tandem ipſo compellente, ſuſcepit. Poſt aliquot verò dies homines habitantes in eodem loco cœperunt ad inuicem dicere: Eamus,& videamus,qualis iſte eſt Dominus noſter,cui dati ſumus: cumq́; fuiſſent,& vidiſſent eum veſte ſordidum , habituque deformem , contemnentes eum dixerunt mutuò : Meliùs eſt nobis mori, quàm tali domino ſeruire. Ac deinde poſt aliquot dies, cùm vir Dei ſanctus in ſiluas paucis ouibus depaſcendis perueniſſet, reperientes eum ſolum , fractis ceruicibus crudeliter necauerunt: poſt non verò longum temporis interuallum ipſi homicidæ comprehenſi,& Leouigildo Regi ſunt præſentati cum vinculis, cui dictum eſt ipſos eſſe, qui ſeruum Dei interemiſſent; ille autem quamuis non rectæ fidei eſſet, rectè tamen promulgauit ſententiam,dicens: Abſoluite eos à vinculis,& ſinite abire; & ſi verè ſeruum Dei occiderunt, ſine noſtra vltione vlciſcatur Dominus mortem ſerui ſui : at vbi dictum eſt iſtud, & illi abſoluti ſunt ; ſtatim eos dæmones corripuerunt, & per plures dies afflixerunt, quoſque crudeli morte animas è corporibus excuſſerunt.

CAPVT IV.

OMITTENTES [1] phaleratas verborum pompas, & prætermittentes garrulas [2] facundiæ ſpumas, nunc etiam ea, quæ omnibus modis vera ſunt, ſimpliciter veraciterque narramus; nam ſi ea, quæ luce clariora eſſe noſcuntur, obſcuris ſermonibus inuoluere voluerimus; audientium animos non inſtruimus, ſed fatigamus, quia, cùm multorum imperitorum minùs intelligit ſenſus, fatigatur auditus; & ideò, ſicut ſuperiùs [3] polliciti ſumus, ſimpliciter Sanctorum Patrum olim geſta miracula, ſicuti relatu multorum ad nos perlata ſunt, intimamus. Referunt multi ſanctum virum [4] nomine Paullum, natione Græcum, arte [5] medicũ, de Orientis partibus in Emeritenſem vrbem aduenifſe; qui cùm ibi multo tempore degeret, ſanctitate & virtutibus multis polleret, & humilitate atque benignitate cunctos ſuperaret, à Domino collatum eſt, vt prædictæ ciuitatis mereretur Pontificatum. At vbi eligente Domino ordinatus eſt Epiſcopus, omnes ſtatim Deus conturbationum procellas, quæ eamdem Eccleſiam tempore prædeceſſoris eius conturbauerant, abſtulit, & nimiam tranquillitatem eius precibus condonauit. Qui dum pacificè ac benignè, fauente Deo, cunctis ciuibus ſuis præeſſet, & cunctorum effectibus dulcifluum ſacri pectoris ſui exhiberet affectum: contigit cuiuſdam Primarij ciuitatis ex gene-

Digitized by Google

genere Senatorum nobiliſſimi viri ægrotaſſe matronam, quæ & ipſa illuſtri ſtemmate progenita nobilem trahebat proſapiam; quæ cùm nuper nupta in vtero accepiſſet, ipſe infantulus in ventre colliſus eſt, cui cùm multi medici diuerſa adhiberent, & nullum remedium medelæ ſentiret, ſed in graui diſcrimine poſita quotidie morti propinquaret; ſupradictus illuſtris eius vir, eò quòd illi nihil chariùs eſſet coniuge, quam nouiter coniugij gratiâ ſortitus fuerat, contemptis vniuerſis medicis ſpe recuperandæ ſalutis ad eumdem ſanctiſſimum virum cucurrit, & prouolutus pedibus eius cum lachrymis exorauit, vt quia Dei ſeruus erat, orationibus ſuis Dominum pro eius matronæ ſalute precaretur, aut certè quia medicus eſſet, non duceret indignum manu ſua ægroto gratiam præbere medendi; ſed vir Dei protinus reſpondit, dicens: Mihi, quod hortaris, facere non licet, qui, etſi Sacerdos indignus Domini ſum, & ſacrificium manibus meis offero Domino, & ideò quod dicis, non poſſum implere; re poſtmodùm pollutas ſacris altaribus manus inferam, & Diuinæ poteſtatis mox furorem incurram. Et adiecit: Ibimus, inquit, in nomine Domini, viſitabimus eam, & dabimus medicos Eccleſiæ, qui illi adhibeant medicinã, & in quantum ſcimus, oſtendemus, qualiter cura faciat; nos tamen facere manu propria minimè poſſumus: ille verò ſciens, quia nullius alterius medici cura valeret, & quia iam

Digitized by Google

vxor ſua penè mortua eſſet; cœpit cum fletu magno enixè flagitare, vt nullum illuc dirigeret, ſed ipſe per ſe iret, & quod ſciebat, manu propria impenderet: ſed dum ille non adnueret, neque penitus conſentiret, vniuerſi fratres coràm poſiti, & ipſi eum cum la-
Pſal. 50. v. 3. chrymis rogauerunt, vt iret; at ille ait: Noui, quòd
2. Eſd. 9. v. 17. multæ miſerationis ſit Dominus, & credo, dum fuero, quòd infirma priſtinam recuperet ſalutem, & mihi ſtatim concedet veniam propter meam præſumptionem: ſed homines malos hanc mihi cauſam obiicere in poſtmodùm omninò non dubito; cui cùm omnes fratres ſui reſponderent: Nullus è nobis proptereà aliquid dicturus eſt, ſed perge domine, & omni celeritate age illud, quod mercedi tuæ proficiet. Tandem eorum precibus compulſus proficiſci pollicitus eſt, ita dumtaxat, vt priùs Domini exquireret voluntatem, ne temerè incedens facilè ageret, pro quo difficilè, mulctatus Dei iudicio, ad veniam rediret; illicò namque baſilicam ſanctiſſimæ virginis Eulaliæ petiit, ibique proſtratus pauimento per totum diem incubuit, atque in oratione indefeſſus perſeuerans, ſequentem continuauit, & noctem; qui mox inibi oraculo Diuino commonitus eſt; ſtatimq; conſurgens ad mulieris ægræ domum incunctanter perrexit, & feſtinus properauit, orationem fudit, manus in nomine Domini
Act. 9. v. 17. & 18. ſuper infirmam impoſuit: in ſpe Dei mira ſubtilitate inciſionem ſubtiliſsimam ſubtili cum ferramen-

to

to fecit, atque ipſum infantulum iam putridum membratim, compendiatim abſtraxit, mulierem penè mortuam, ac ſemiuiuam, adnitente Deo, viro ſuo confeſtim incolumem reddidit, cui & pręcepit, vt vltra virum non cognoſceret, quocumque enim tempore coitum virilem agnouiſſet, mox ei deteriora adfutura eſſent diſcrimina: ſed illi nihilominùs pedibus eius prouoluti gratias retulerunt, & omnia, quæ vir Dei præceperat, in omnibus ſe eſſe ſeruaturos promiſerunt, imprecantes Dominum, vt ſi non cuſtodirent, peiora illis poſtmodùm aduenirent. Facta namque eſt eo modo illa inæſtimabilis lætitia, immenſumq; gaudium, atque vniuerſi in Dei laudibus acclamantes, orantes, tripudianteſque dicebant: Quòd verè miſiſſet Dominus Angelum ſuum, qui illis miſertus fuiſſet. Tum deinde fecerunt de rebus ſuis talem conſcriptionem, vt de præſenti ſanctus vir medietatem ex omnibus, quæ habebant, acciperet; alia verò medietas poſt eorum obitum integra & intemerata ad eius pertineret ditionem. Tanta namque illis inerat copia rerum, vt nullus Senatorum in prouincia Luſitaniæ illis reperiretur locupletior: quod ille prorſus recuſauit, ac renuit, noluitque accipere: ſed illis obſecrantibus nimiumq; importunè offerentibus, & ſic tandem coactus eſt ſuſcipere; quod accipiens non tam propriis vſibus, quantùm egentium præcepit deſeruire neceſſitatibus. Illi autem à quibus ei oblatum eſt,

Digitized by Google

vxor ſua penè mortua eſſet; cœpit cum fletu magno
enixè flagitare, vt nullum illuc dirigeret, ſed ipſe per
ſe iret, & quod ſciebat, manu propria impenderet:
ſed dum ille non adnueret, neque penitus conſenti-
ret, vniuerſi fratres coràm poſiti, & ipſi eum cum la-
Pſal.50. v.3. chrymis rogauerunt, vt iret; at ille ait: Noui, quòd
2.Eſd.9. v.17. multæ miſerationis ſit Dominus, & credo, dum
fuero, quòd infirma priſtinam recuperet ſalutem,
& mihi ſtatim concedet veniam propter meam
præſumptionem: ſed homines malos hanc mihi
cauſam obiicere in poſtmodùm omninò non dubi-
to; cui cùm omnes fratres ſui reſponderent: Nullus
è nobis propterea aliquid dicturus eſt, ſed perge do-
mine, & omni celeritate age illud, quod mercedi
tuæ proficiet. Tandem eorum precibus compulſus
proficiſci pollicitus eſt, ita dumtaxat, vt priùs Do-
mini exquireret voluntatem, ne temerè incedens
facilè ageret, pro quo difficilè, mulctatus Dei iudi-
cio, ad veniam rediret; illicò namque baſilicam ſan-
ctiſſimæ virginis Eulaliæ petiit, ibique proſtratus
pauimento per totum diem incubuit, atque in ora-
tione indefeſſus perſeuerans, ſequentem continua-
uit, & noctem; qui mox inibi oraculo Diuino com-
monitus eſt; ſtatimq; conſurgens ad mulieris ægræ
domum incunctanter perrexit, & feſtinus propera-
uit, orationem fudit, manus in nomine Domini
Act.9. v.17.& ſuper infirmam impoſuit: in ſpe Dei mira ſubtilita-
2.38. te inciſionem ſubtiliſsimam ſubtili cum ferramen-

to

Digitized by Google

to fecit, atque ipſum infantulum iam putridum membratim, compendiatim abſtraxit, mulierem penè mortuam, ac ſemiuiuam, adnitente Deo, viro ſuo confeſtim incolumem reddidit, cui & pręcepit, vt vltra virum non cognoſceret, quocumque enim tempore coitum virilem agnouiſſet, mox ei deteriora adfutura eſſent diſcrimina: ſed illi nihilominùs pedibus eius prouoluti gratias retulerunt, & omnia, quæ vir Dei præceperat, in omnibus ſe eſſe ſeruaturos promiſerunt, imprecantes Dominum, vt ſi non cuſtodirent, peiora illis poſtmodùm aduenirent. Facta namque eſt eo modo illa inæſtimabilis lætitia, immenſumq; gaudium, atque vniuerſi in Dei laudibus acclamantes, orantes, tripudianteſque dicebant: Quòd verè miſiſſet Dominus Angelum ſuum, qui illis miſertus fuiſſet. Tum deinde fecerunt de rebus ſuis talem conſcriptionem, vt de præſenti ſanctus vir medietatem ex omnibus, quæ habebant, acciperet; alia verò medietas poſt eorum obitum integra & intemerata ad eius pertineret ditionem. Tanta namque illis inerat copia rerum, vt nullus Senatorum in prouincia Luſitaniæ illis reperiretur locupletior: quod ille prorſus recuſauit, ac renuit, noluitque accipere: ſed illis obſecrantibus nimiumq; importunè offerentibus, & ſic tandem coactus eſt ſuſcipere; quod accipiens non tam propriis vſibus, quantùm egentium præcepit deſeruire neceſſitatibus. Illi autem à quibus ei oblatum eſt,

Digitized by Google

perſeuerantes cum timore Dei in caſtitate: poſt non multo temporis interuallo ad ſupernam patriam vocatione Diuina adſciti ſunt; quibus defunctis omne eorum patrimonium ſanctiſſimus Paullus Epiſcopus promeruit, & qui peregrinus nihil habens aduenerat, factus eſt cunctis potentibus potentior in tantùm, vt omnis facultas Eccleſiæ ad comparationem bonorum illius pro nihilo putaretur.

CAPVT V.

DENIQVE cùm plurimos per annos felici tempore ſua cum plebe frueretur & iucundè Deo viuens, plenus ſemper virtutibus floreret, accidit die quadam, de regione, qua ipſe oriundus exſtiterat, negotiatores Græcos in nauibus de Orientibus aduenisse, atque Hiſpaniæ littora contigiſſe; cumq; in Emeritenſem ciuitatem perueniſſent, ex more Epiſcopo præbuerunt occurſum; qui cùm ab eo benignè fuiſſent recepti, ac de atrio eius egredientes in domo, in qua hoſpitabantur, fuiſſent; regreſsi ſequente die ad eum munuſculum miſerunt pro gratiarum-actione, deferente puero, nomine Fideli, qui cum eis causâ mercedis recipiendæ de regione eorum conductus aduenerat: cumq; eius fuiſſet præſentatus aſpectibus, & quæ grato animo directa detulerat, vir ſanctus gratanter ſuſcepiſſet, eum cœpit ſigillatim ſciſcitari, quo vocaretur nomine, de qua pro-

prouincia, vel de qua ciuitate eſſet: cùm ergo illi nomen ſuum & ciuitatem ſuam nominaret, videns adoleſcentem bonæ indolis, cuncta eum per ordinem interrogauit, & nomina parentum requiſiuit; at ille conſequenter ſecundùm interrogationem, patriam, ciuitatem, vicum, nomina parentum ſimpliciter manifeſtauit; hæc eo dicente cognouit nomen ſororis ſuæ, qui ſtatim exſiliens de ſede ſua in conſpectu omnium amplexibus eius incubuit, Gen.43. v.10. commota quippe fuerant ſuper illum viſcera eius, 3.Reg.3. v.26. atque irruens ſuper collum eius, & diutiſſimè exoſculans, præ gaudio vbertim fleuit, ſtatim ſupra nominatos negotiatores accerſiri præcepit, quibus ait: Puerum mihi iſtum concedite, & quidquid vultis à me poſtulate. at illi reſponderunt: Hoc facere nequaquàm poſſumus, quia ingenuus homo eſt, & à parentibus pro noſtro ſolatio conductum accepimus, ſine iſto ad parentes ſuos nullatenus remeare poſſumus, nec faciem eorum vltra videndi habebimus licentiam, ſi hunc in tam longinquam prouinciam dimiſerimus. è contrà ille ait: Compertum vobis ſit, quia, ſi iſtum mihi non dimittitis, vos in patriam veſtram minimè reuertetis, ſed accipite à me pecuniam copioſam, & abite ſecurè pergentes cum pace. Hæc illi audientes, nec ampliùs tantæ poteſtati obſiſtere valentes, aiunt ad eum: Dic nobis, domine, quid cauſæ eſt, vt hominem tibi incognitum tanto amore diligere digneris? Ille verò, proximum

ſuum eſſe, ſibiq; affinitate valdè vicinum. & addit: Abite in nomine Domini abſque aliqua hæſitatione, renuntiantes ſorori meæ, quia filium eius ob conſolationem captiuitatis meæ penes me retinui; qui diuerſa per eos mittens munera ſorori, ipſiſque nautis multa largitus eſt dona, ac ſic ditati eius muneribus, ingreſſi ſunt in patriam ſuam cum gaudio magno. Quibus redeuntibus ſtatim præfatum adoleſcentem [1] tondêre præcepit, ac Deo omnipotenti
1. Reg. 2. v. 26. ſeruiturum obtulit, & veluti alterum Samuelem in templo Domini diebus ac noctibus ſtrenuè erudi-
1. Reg. 3. v. 3. uit, ita vt infrà paucorum curricula annorum omne officium Eccleſiaſticum, omnemq; bibliothecam Scripturarũ Diuinarum perfectiſſimè docuerit, deinde verò per ſingulos gradus eum perducens, Diaconum ordinauit; qui mox effectus habitaculum Spiritus ſancti, omnibus virtutibus ita eſt irradiatus, vt ſanctitate, caritate, patientia, & humilitate vniuerſum tranſcenderet Clerum, ſic nimirum Deo & hominibus ſecurum, affabilemque præbuit, vt vnum illum putarent homines ex numero Angelorum. Intereà dum plurimis annis Deo irreprehenſibiliter deſeruiret, & ſuprà nominato nutritori ſuo dulci obſequio in omnibus obediret, ac ſenectutem eius abſque aliqua offenſione ſuauiter oblectaret: idem ſuprà nominatus beatiſſimus Pater, exactis iam multis curriculis annorum, atque ætate decrepita in ſenium vergens, hunc ſibi ſucceſſorem elegit,

elegit, moxq́; etiam in loco ſuo ſe viuente ordinauit, & omnium bonorum ſuorum hæredem inſtituit; ita etiam teſtamentaria ſanctione decernens, etſi eum Clerus Emeritenſis habere vellet Pontificem, omnes res, quas illi contulerat, poſt obitum ſuum ſupradictæ eccleſiæ derelinqueret; ſin aliàs, haberet liberum arbitrium quidquid voluerit de præfatis rebus diſcernere, vel iudicare: hoc ſanè decretum vir ſanctus, reuelāte ſibi Spiritu ſancto pr mulgauit, prophetiæ gratiâ præſcius non defuturas eidem viro multorum obſiſtere inuidias hominum improborum, qui eum canino more circumquáque in poſtmodū oblatrarent, atque inuidiæ * fau- *al.* facicibus ſucceſſum mordaciter laniarēt. Interim dum, bus. auſpice Domino, conſtituiſſet eum Antiſtitem, ita ei aſtare, & deſeruire cupiebat ſicut Diaconatus tempore miniſtrare conſueuerat, ita vt exuens ſibi [a] caſulam, more miniſtri, coràm eo aſſiſtens, ſeruitium omne perſolueret: quem ille id agere prohibuit; & vt iam deinceps auctoritatem Pontificatus ſui conſtanter tenere admonuit, atque, vt fratrum ſuorum potiùs curam ageret, imperauit: ipſe verò ſanctiſſimus ſenex mox derelinquens atrium, & omnia priuilegia honoris ſui ſeſe ad baſilicam ſanctæ Eulaliæ in cellulam viliſſimam contulit. Qui, dum aliquando ibidem po- Ier.6.26. ſitus à ſæculi huius procellis abſolutus, & in mul- Matt.11. v.22. ta quiete conſtitutus in cilicio & cinere cubans, Luc.10. v.13.
pro

pro totius mundi piaculis Dominum precaretur, migrauit è corpore.

CAPVT VI.

POST cuius diſceſſum quidam peſtiferi homines iuxta id, quod vir Dei prædixerat, contra beatiſſimum Fidelem [1] Epiſcopum verbis malignis muſſitare cœperunt, vt eum de loco, quo conſtitutus fuerat, per quamcumque occaſionem pellerent: quòd cùm ille perpendiſſet, etſi vnà cum rebus ſuis ab eorum inſectatione ſeparare voluiſſet; comperto ab illis, quòd ſi ille ſublatis de iure Eccleſiæ prædiis ſuis ſe ab eis ſepararet, illis omninò nihil remaneret: plus inuiti, quàm ſponte pedibus ſuis ſe proſtrauerunt, quibus ille non vſquequáque repugnans, præbuit adſenſum, vt, & curam regiminis gereret, & in poſtmodùm omne patrimonium ſuum Eccleſiæ derelinqueret. Quod ita factum eſt, vt eo tempore tantùm Eccleſia locupletata eſt ipſa, vt illâ in Hiſpaniæ finibus nulla eſſet opulentior; ac ita, Domino cooperante, confirmata eſt in eum cunctorum pura & ſincera dilectio in tantùm, vt omnes vno eodemque animo, ardore immenſæ caritatis flagrantes, erga eum immenſo amore ſancti ignis
Act. 4. v. 32. æſtuarent, vt vnum cor & labium cum eo effecti,
Gen. 11. v. 1. nullo penitùs modo ab alterna dilectione diſcidio intercurrente diſcreparent; quoniam tanti vatis memorauimus nomen, operæpretium nobis videtur

Digitized by Google

retur eſſe perſpicuum de eius multis, quibus crebrò effulſit, virtutibus quamdam exiguam particulam memoriæ tradere. Quoniam igitur Dominico die, dum in atrium cum multis filiis Eccleſiæ tenderet, vt mos eſt,[2] Archidiaconus cum Clero in albis ab Eccleſia venientes coram eo aſtiterunt; moxq́; ille conſurgens Diaconibus, ex more, thuribula gerentibus, atque ante eum præcedentibus cum vniuerſis qui aderant, ad Eccleſiam perrexit, qualiter, Deo adiuuante, Miſſarum ſolemnia celebrarent: at vbi vniuerſi cum eo de atrio paullulùm ferè decem graduum proceſſerunt, illicò ab imis fundamentis omnis repentè ampliſſimi atrij fabrica ruit, & neminem ibi oppreſſit, Deo * iubente; ex qua re penſandum eſt, cuius meriti iſte vir fuerit, qui ita apud Deum ſuis precibus obtinuerit, vt priùs non daretur antiquo hoſti poteſtas tantæ fabricæ perpetrare ruinam, quam ipſe cunctos foris eductos integro numero, Deo miſerante, ſaluaret: ſed vt in tanto periculo nullus periret, hoc maximè meritis ſanctiſſimæ Virginis Eulaliæ fuiſſe præſtitum nullus ambigat; cùm verò ſollicitè requirens inueniſſet, quia nemo periret, in nullo penitus animum ſuum conturbauit, ſed magis gratias Deo egit, eique ſacrificium lætus obtulit, diemq́; ipſum iucundè in Domino cum omnibus ſuis * potitus eſt. Poſt verò multum temporis interuallum ſedis dirutæ fabricam reſtaurauit, ac pulcriùs Deo opitulante patrauit:

annè iuuante?

annè partitus?

Digitized by Google

pro totius mundi piaculis Dominum precaretur, migrauit è corpore.

CAPVT VI.

POST cuius diſceſſum quidam peſtiferi homines iuxta id, quod vir Dei prædixerat, contra beatiſſimum Fidelem [1] Epiſcopum verbis malignis muſſitare cœperunt, vt eum de loco, quo conſtitutus fuerat, per quamcumque occaſionem pellerent: quòd cùm ille perpendiſſet, etſi vnà cum rebus ſuis ab eorum inſectatione ſeparare voluiſſet; comperto ab illis, quòd ſi ille ſublatis de iure Eccleſiæ prædiis ſuis ſe ab eis ſepararet, illis omninò nihil remaneret: plus inuiti, quàm ſponte pedibus ſuis ſe proſtrauerunt, quibus ille non vſquequáque repugnans, præbuit adſenſum, vt, & curam regiminis gereret, & in poſtmodùm omne patrimonium ſuum Eccleſiæ derelinqueret. Quod ita factum eſt, vt eo tempore tantùm Eccleſia locupletata eſt ipſa, vt illâ in Hiſpaniæ finibus nulla eſſet opulentior; ac ita, Domino cooperante, confirmata eſt in eum cunctorum pura & ſincera dilectio in tantùm, vt omnes vno eodemque animo, ardore immenſæ caritatis flagrantes, erga eum immenſo amore ſancti ignis
Act. 4. v. 32. æſtuarent, vt vnum cor & labium cum eo effecti,
Gen. 11. v. 1. nullo penitùs modo ab alterna dilectione diſcidio intercurrente diſcreparent; quoniam tanti vatis memorauimus nomen, operæpretium nobis videtur

Digitized by Google

retur eſſe perſpicuum de eius multis, quibus crebrò effulſit, virtutibus quamdam exiguam particulam memoriæ tradere. Quoniam igitur Dominico die, dum in atrium cum multis filiis Eccleſiæ tenderet, vt mos eſt,[2] Archidiaconus cum Clero in albis ab Eccleſia venientes coram eo aſtiterunt; moxq; ille conſurgens Diaconibus, ex more, thuribula gerentibus, atque ante eum præcedentibus cum vniuerſis qui aderant, ad Eccleſiam perrexit, qualiter, Deo adiuuante, Miſſarum ſolemnia celebrarent: at vbi vniuerſi cum eo de atrio paullulùm ferè decem graduum proceſſerunt, illicò ab imis fundamentis omnis repentè ampliſſimi atrij fabrica ruit, & neminem ibi oppreſſit, Deo * iubente; ex qua re penſandum eſt, cuius meriti iſte vir fuerit, qui ita apud Deum ſuis precibus obtinuerit, vt priùs non daretur antiquo hoſti poteſtas tantæ fabricæ perpetrare ruinam, quam ipſe cunctos foris eductos integro numero, Deo miſerante, ſaluaret: ſed vt in tanto periculo nullus periret, hoc maximè meritis ſanctiſſimæ Virginis Eulaliæ fuiſſe præſtitum nullus ambigat; cùm verò ſollicitè requirens inueniſſet, quia nemo periret, in nullo penitus animum ſuum conturbauit, ſed magis gratias Deo egit, eique ſacrificium lætus obtulit, diemq; ipſum iucundè in Domino cum omnibus ſuis * potitus eſt. Poſt verò multum temporis interuallum ſedis dirutæ fabricam reſtaurauit, ac pulcriùs Deo opitulante patrauit:

annè iuuante?

annè partitus?

Digitized by Google

uit: ita nimirum ipſius ædificij ſpatia longè lateq́; altioribus ; columinibus erigens, pretioſaq́; atrij columnarum ornatibus ſuſpendens, ac pauimentum omne, vel parietes cunctos nitidis marmoribus veſtiens, miranda deſuper tecta contexuit: tum deinde in mirum diſpoſitionis modum baſilicam beatiſſimæ Virginis Eulaliæ inſtaurans in melius, in ipſo ſacratiſsimo templo celſa turrium faſtigia ſublimi produxit in arce. Hîc namque vir beatus in hoc corpore poſitus crebrò cum Sanctorum cateruis in choro Eccleſiæ ſtans, & pſallens viſus fuiſſe perhibetur, & alia multa narrantur, quæ ſcribere propter prolixitatem ſui, ne faſtidium legentibus prębeant, deſeruimus.

CAPVT VII.

Die quodam puerum familiarem ſuum ad locum, cui Capſiana vocabulum eſt, quod ab Emerita vrbe millibus ſexdecim diſtat, direxit, ac præcepit ei ſub omni feſtinatione reuerti: qui cùm fuiſſet, & eodem die reuerti non occurriſſet, ibidem manſit; cui in ipſo noctis initio iam dormienti viſum fuit gallos cantaſſe, ſtatímque expergefactus, caballum ſuum aſcendit, atque feſtinus properans, ante medium noctis ad portam ipſius ciuitatis, quæ appellatur Porta pontis, peruenit: qui cùm ibidem diutiſsimè reſidens cerneret, quia ante horam opportunam conſurrexiſſet, & quia quamuis clamaſ-
ſet

Digitized by Google

ſet vociferanter, nullus ei portam aperiret; viſum eſt ei, vt caballo ſuo paullulùm herbam daret, quouſque aliquis forſitan portam reſeraret. Et ecce ſubitò intempeſtæ noctis horâ eleuans oculos ſuos vidit, eminùs globum igneum ab Eccleſia S. [1] Fauſti, quæ ab vrbe ferè milliario diſtat, procedentem, atque ad baſilicam S. [2] Leocritiæ peruenientem, qui dum tacitus contemplaretur quídnam eſſet; nec mora; & ecce multitudo Sanctorum, quibus illud lumen præibat, venientes per pontem ad portam vſque peruenerunt, cum quibus etiam gradiebatur ſanctiſſimus Fidelis Epiſcopus: at vbi ventum eſt ad portam, videns ſupradictus puer, aucta candidatorum agmina, ipſum etiam S. Fidelē chlamyde niuea indutum, in medio eorum properantem cernens obſtupuit, & exterritus, atque tremebundus præ timore factus eſt velut mortuus: ille verò clauſtra portarum diuinitùs reſerauit, moxque ingreſſi ſunt ciuitatem, quibus ingreſſis, ille conſurgens atque volens poſt eos ingredi, ſed nullatenus potuit, quia portam ita clauſam, ſicut anteà, inuenit: qui cum primo diluculo apertâ perueniſſet ad atrium, protinus eum vir ſanctus interrogauit, quali hora de prædicto loco egreſſus fuiſſet? qui illi, & horam, in qua ſurrexerat, & moram, quam ad portam fecerat, enarrauit; quem cùm vir Dei interrogauit, ſi aliquid vidiſſet? ille, vidiſſe ſe fateretur; hunc admonuit, & quouſque ipſe ſanctus vir in corpore eſſet, nulli re-

 ferret,

ferret, ne ei ad immane periculum pertineret. Alia quoque vice ſimiliter eum quidam religioſus cum multitudine Sanctorum quadam nocte de Eccleſia ſanctæ Eulaliæ egredientem, & per baſilicam Martyrum euntem vidit, ſed incautè agens, multis ſtatim indicauit; poſtremò ad virum Dei veniens, & ei quod viderat, retulit, cui ille ait: Hoc vt vidiſti iam alicubi dixiſti, aut non? qui ſtatim reſpondens, ſimpliciter profeſſus eſt ſe dixiſſe. ad hæc ille inquit: Indulgeat tibi Dominus, frater, non rectè feciſti, ſcio

Deut. 24.15. igitur quia tibi in futuro iudicio non reputabitur ad culpam: interim vade, communica, & da nobis

Iſai.38.1. oſculum; valefac omnibus, quia iturus eſt tamen, & domui tuæ ſub omni feſtinatione diſpone, & ſi deſideras remedium pœnitentiæ percipe. Qui mox accepta pœnitentia diſpoſitaq; domo ſua, valefaciens cunctis, ſequenti nocte migrauit è corpore.

CAPVT VIII.

CVIDAM viro religioſo iterum intendere ad officium Eccleſiaſticum recurrenti quadam nocte dum in lectulo ſuo intempeſtæ noctis ſilentio ſopore depreſſus iaceret, viſum eſt, quod ſignum ad [1] matutinum dediſſet; qui ſtatim conſurgens omni feſtinatione, ad Eccleſiam, ne ei tempus ſacrificij præteriret, occurrit, curſúque rapidiſſimo properans, anhelabundus illuc peruenit: at vbi ingreſſus eſt Eccleſiam ſanctæ Mariæ, quæ Sancta [2] Ieruſalem

Digitized by Google

ſalem nunc vſque vocatur, audiuit voces miræ modulationis canentium, inſpicienſq; ad chorum, vidit ſtantem multitudinem Sanctorum; qui nimio pauore concuſſus atque in tremorem verſus ſeſe in angulum baſilicæ ſilenter contulit, atque tacitè contemplans, ſollicitè auſcultans audiuit conſueto ordine omne ab eis eius officium eſſe completum; quo expleto paullò adhuc ante gallorum cantum cum laudibus peruenerunt ad Eccleſiam S. Mariæ ad baſiliculam S. Ioannis, in qua baptiſterium eſt, quæ nimiùm contigua antefatæ baſilicæ pariete tantùm interpoſito vtraque vno tecti tegmine conteguntur, explicitiſque laudibus cœperunt ad inuicem dicere: Ecce continuò hora eſt, vt ſignum dari debeat; ob hoc priùs neceſſe eſt, vt id, pro quo deſtinati ſumus, ordinemus: cumq; hoc dixiſſet, apparuerunt in conſpectu eorum Æthiopes tetri, nimiumque terribiles, quorum ſtatura videbatur eſſe gigantea, nigredo perquàm teterrima, ita vt ex ipſo eorum toto intuitu, nimiúmque atro vultu palàm cernenti daretur intelligi ipſos proculdubio tartareos eſſe miniſtros; quíque etiam romphæas acutiſſimas ſuis geſtabant in manibus, quibus mox Sancti dixerunt: Sub omni celeritate pergentes ad atrium, ingredimini cellam, in qua ſanctus Fidelis Epiſcopus iacet, & percutite eum vulnere graui in corpore, vt anima eius quantocyùs egrediens è corporali catena nobiſcum ad Dominum noſtrum Iesvm

Iob.2.7. Rom.7. v.24. 2.Tim. 4.8.

Christvm, & ad præparatam ſibi poſſit peruenire coronam. Qui illicò* iuſſui obtemperãtes, ambulauerunt; ſed eum minimè percutientes reuerſi ſunt, dicentes: In cellam eius minimè ingredi poſſumus, quia non dormit, ſed in terra proſtratus iacet, & orat; inſuper tanto thymiamatis ſuauiſſimo odore cella ipſa redolet, vt nitor tantæ fragrantiæ incenſi, qui ab eo oblatus eſt Domino, nos illuc penitùs intrare non ſinat. Quibus denuò præceperunt, dicentes: Ite, & percutite eum, quia iuſſio Domini eſt adimplenda. Qui cùm fuiſſent, nec intrare potuiſſent, reuertentes iterum dixerunt: Vacat oratio quando venit vocatio; ſed ite & implete præceptum Domini, quod ſemel datum eſt nequaquàm tranſcendi poteſt. at vbi tertiò fuerunt, permittente Deo, ingreſſi ſunt, tam forti ſcilicet manu crudeli eum percuſſerunt, vt vocem, quam emiſit cum dolore graui, ſimulq; & gemitu, is, qui in Eccleſia ſtabat religioſus, clarè audiuit. Facto verò diluculo ad ſanctum Epiſcopum acceſſit, & cuncta, quæ viderat, quæque etiam audierat, ei intimauit, cui ille ait: Scio, fili mi, ſcio, & me nullo modo latet; cumq; hoc dixiſſet, & imminenti ægritudine artubus iam fatiſcentibus ſe totum diſſolui repentè ſenſiſſet, ad baſilicam ſanctiſſimæ Virginis Eulaliæ ſe deferri præcepit, ſua ibidem inprimis multis lachrymarum ſatisfactionibus defleuit delicta, deinde multis captiuis & egenis multam largitus eſt ſtipem; ad vltimum redditis

*al. iuſſi.

chiro-

Digitized by Google

chirographis multorum debita relaxauit. Sed dum omnibus reddidiſſet, cautio cuiuſdam viduæ remanſerat, quæ necdum fuerat reddita, quam ille expectaret vt ei redderet; ſed quemadmodùm muliercula, præ turbæ denſitate, qua circumſeptus erat, vt accederet non habebat: quæ cùm per ſingulos dies veniret, & locum minimè reperiret, & nimiùm mœſtificata mente anxiaretur nihil agens, mœrore afflicta ad ſuum hoſpitium remearet, ei quadam nocte ſanctiſſimus Cyprianus & Laurentius in viſu aſtiterunt, dicentes: Noſti, quare locum non inuenis? at illa reſpondit: Neſcio. & dic inquiunt: Quare per reliquas baſilicas fratrum noſtrorum ceterorum Martyrum frequenter concurris, ad nos verò venire contemnis. Quæ ſtatim ſurgens ad eorum baſilicas concurrit, orationem cum lachrymis fudit, pro negligentia retroacti temporis veniam implorauit, atque inde ad baſilicam S. Eulaliæ rediit, mira celeritate, locum reperit, chirographum ſuum abſque difficultate recepit, Deo & Sancto eius miras gratias retulit, pro quo non ſolùm locum paratum inuenire meruit ingrediendi, verùm etiam ita Sanctis Dei diſponentibus geſtum eſt, vt quando ingreſſa eſt, ſanctus Epiſcopus cautionem ipſam manu propria tenens, præſtolaretur, cui reformare deberet; atque ita factum eſt, vt illo benignè reddente, atque illa cum gaudio, quæ diu deſiderauerat, recipiente, paullò pòſt vir ſanctus præcedentibus

Digitized by Google

bus Sanctorum cœtibus, exſpectantibuſq; Angelicis choris ad ætherea regna tripudiando migraret, cæleſtibuſq; phalangis conſertus cum exultatione perpetua perpetim conglobari in ſidereis manſionibus, IESV Domino percipiente, meruerit; corpuſculum verò eius iuxta corpus ſanctiſſimi prædeceſſoris ſui vno, eodemque ſarcophago traditum, velut in vno lectulo, honorificè eſt tumulatum.

CAPVT IX.

HVIC præfato almo viro ad ſupernam patriam tranſmigranti prouidētia Diuinæ pietatis ſubrogatur non impar omnium virtutum gloriæ vir orthodoxus, cui nomen erat Maſſona, ſcilicet beatus beato, & ſanctus ſancto, pius pio, bonus benigno, atque cunctis chariſmatibus refulgens, rutilanti immenſis virtutibus ſacerdotali ordine Maſſona ſucceſſit Fideli: prædeceſſore ſuo nimirùm aſtrigeris ciuibus conſerto in cælis ſucceſſoris manſit dulcedo, eiuſque inſigne meritum cunctorum ciuium mœrorem leniuit in terris, vt omnibus pro obitu ſancti Pontificis mœror non ſolùm diſcuteretur, verùm etiam inſtar priſcorum Patrum Eliæ quemdam & Eliſei duplicata Paràcleti Spiritus gratiâ palàm cunctis cernentibus S. Fidelis Antiſtitis in Maſſonam ſanctum Epiſcopum requieuiſſe videretur, & plebs ſubleuato paſtore non vſquequáque tęderet afflicta languore, ſed geminato gaudio congaude-

4. Reg. 2. 15.

gauderet, Diuina tribuente miſeratione, dum & illum pro ſui ſalute præmiſit ad cælos, & iſtum eximiæ virtutis virum ſuſcepit gratulanter in terris. Denique ſanctus Maſſona Antiſtes nobili ortus in hoc ſæculo origine, ſed vitæ meritis exſtitit multò nobilior; genere quidem Gothus, ſed mente promptiſſima, erga Dominum perquàm deuotus, atque viriliter Altiſſimi virtute præcinctus, moribus ſanctis ornatus, habituque magni decoris pulcrificatus, caritatis humilitatiſq; ab ineunte ætate refulgenti ſtola circumamictus, baltheo Fidei firmiter 1. Theſſ.
circumcinctus, prudentia ſcilicet & iuſtitia inſigni- 5. 6.
ter circumſeptus, dilectione ſummi Dei & proximi mirificè decoratus, dilectus namque Deo & homi- Eccle.
nibus erat, & gloria mirabilis, amator fratrum, mul- 45. 1.
tum orans pro populo, cuius nomen multis coruſcando miraculis per omnem terram pertranſiuit. Huius itaque temporibus morborum peſtem, inediæq; inopiam ab vrbe Emeritenſi, & omni Luſitania eius precibus Dominus procul abegit, meritíſque Sacroſanctæ Eulaliæ Virginis longiùs pepulit, tantámque ſalutem, & omnium copiam deliciarum cuncto populo impertire dignatus eſt, vt nullus vmquam, quamuis inops, aliquid habere videretur, aut qualibet neceſſitate fatigaretur, ſed quemadmodùm opulenti, ita & inopes, omnibus bonis abundarent, & quodammodò inſtar cæleſtis gaudij in terris tanti Pontificis merito congauderet; omni-

Digitized by Google

bus inerat gaudium, cunctíſque aderat pax, nulli aberat felicitas, in omnium corda florebat perfecta caritas, in omnium ſenſu pollebat iucunda tran-
Apocal. quillitas, ita nimirum, vt deuicto antiquiſſimo ho-
12.9. ſte, ac ſuperato veternoſo dracone nemo mœrore
Gen.3.1. conſternatus, nemo anguſtia afflictus, nemo quolibet terrore perculſus, vel quolibet zelo aut inuidia tactus callidi anguis virulentis ſtimulis quateretur; ſed perfecta caritate repleti cuncti, Deo admittẽte, pij patris gratiâ iucundantes, imperterriti, ſine metu, vel formidine omnium in Dei laudibus perſiſtebant conſtánter, non ſolùm autem in omnium fidelium arcanis eius flagrabat immenſa caritas, ſed etiam omnium Iudæorum, vel Gentilium mentes miro dulcedinis ſuæ affectu ad Chriſti gratiam pertrahebat. Quantus igitur, qualíſque fuerit, inertia linguæ noſtræ ad ſingula explicare non valet; ſed quamuis maxima taceamus, extrema ſaltem è maximis memoremus. Denique ſupradictus vir priuſquàm ordinaretur Epiſcopus in baſilica ſanctiſsimæ Virginis Eulaliæ fertur cum ſumma diligentia aduixiſſe, & ibidem multis annis Deo irreprehenſibiliter deſeruiiſſe: poſtquàm verò inſpirante Deo in hominum ore, oculis & animo reſidens, ſublatus inde, conſtitutus eſt Epiſcopus: ſtatim in exordio Epiſcopatus ſui monaſteria multa fundauit, prædiis magnis locupletauit, baſilicas plures miro opere conſtruxit, & multas ibidem Deo animas conſecrauit:

uit: deinde xenodochium fabricauit, magníſque patrimoniis ditauit, conſtitutíſque miniſtris vel Medicis peregrinorum,& ægrotantium vſibus deſeruire præcepit; taleque præceptum dedit: vt cunctæ vrbis ambitum medici indeſinenter percurrentes, quemcumque ſeruum ſeu liberum, Chriſtianum ſeu Iudæum reperiſſent ægrotum, vlnis ſuis geſtantes ad xenodochium deferrent, ſtraminibus quoque lectulis itidem præparatis eumdem infirmum ibidem ſuperponentes, cibos delicatos & nitidos eouſque præparantes, quouſque cum Deo, ægroto ipſi ſalutẽ priſtinam reformarent; & quamlibet à prædiis xenodochium collatis multis deliciarum copia pararetur, adhuc viro ſancto parum eſſe videbatur; ſed his omnibus beneficiis adiiciens maiora, præcepit medicis, vt ſagaci ſollicitudine gererent curam, vt de omnibus eximiis, ab vniuerſis ſanctuariis ex omni patrimonio Eccleſiæ in atrium illatis medietatem acciperent, & iiſdem infirmis deferrent: ſi quis enim de ciuibus vrbis, aut ruſticis de ruralibus ad atrium ob neceſsitatem acceſsiſſet, liquorem olei, vini, vel mellis à diſpenſantibus popoſciſſet, & vas paruulum, in quo leuaret, exhibuiſſet; & cùm vir ſanctus, vt erat ſemper obtutu gratus iucundi vultus, mox ipſum vaſculum confringi, & vt maius deferret, præcipiebat. In eleemoſynis verò pauperum quantùm largus exſtiterit, ſoli Deo reſeruatum eſt noſſe; tamen & de hoc ipſo quamdam

Digitized by Google

particulam enarremus. Tanta illi cura erat pro omnium ærumnis miſerorum, vt ad baſilicam ſanctiſſimæ Virginis Eulaliæ Diacono, viro venerabili, Redempto nomine, qui præerat, duo millia ſolidos dederit, è quibus, mox vt aliquis vrgenti neceſſitate aduenerit facta * cautione, quantos vellet abſque aliqua mora vel difficultate acciperet, ſuíſque anguſtiis conſuleret: nec hoc ſilendum reor, quàm largifluus in muneribus exſtiterit, quippe qui alienæ rei abſtinentior, ſuæ largior, nec accipiendi, ſed dandi magnanimitate, præpollebat; auidior dandæ rei, quàm appetendę, potiorem dandi, quàm accipiendi didicerat fortunam, multa largiebatur, nihílque auferebat, ſed vltro cunctis concedebat, donabat multa, largiebatur plurima, ditabat vniuerſos beneficiis, & munificentia magnus habebatur, omnes ab illo augebantur, donis ac diuitiis locupletabantur, & non tantùm fratribus & amicis, quantùm & ſeruis ipſis Eccleſiæ ſe muneribus largum, vltra quam credi poteſt, præbebat; ità nimirùm temporibus eius ditati ſunt, vt in die ſanctiſsimo Paſchæ cùm ad Eccleſiam procederet, plurimi pueri chlamides oloſericas induentes coram eo, quaſi coram Rege incederent; & quod his temporibus nullus poterat, nullúſque præſumebat, huiuſmodi indumentis amicti ante eum debitum deferentes obſequium, pergerent; ſed meritò ei ab Omnipotenti Domino fuit tanti meriti donum colla-

*al. quæſtione.

Digitized by Google

collatum, cuius cor in tanta opulentia, & gloria tranſitorię proſperitatis gaudio numquam fuit turgidum nec inflammatum; nimirum humilis animus eius ſupra ſolidam petram fundatus immaculabilis conſcientię cogitatione ſincera, calliditatiſq; ignara, in proſperis humilis, in aduerſis exiſtebat fortiſſimus, nec proſperitate erigebatur, nec aduerſitate frangebatur, nullo detrimento aut augmento conſtantia eius mutabatur; conſtans erat in cunctis, & aduerſus omnia promptiſſimè paratus, patiens nimiùm, & robore firmiſſimus, in cunctis aduerſis conſtans, in omnibus anguſtiis imperterritus perſeuerabat, vultum nec gaudio, nec mœrore commutabat; vnus vultus ſemper eius, vna hilaritate decoratus cunctis occurrebat; ſemper idem, cuius vultus, nec vmquàm rerum varietate mutabatur; non illum cunctis inimica elatio virtutibus extulit, ſed in omnibus humilitatem ſinceram ſincerè conſecrauit ſacratiſſimo cordis affectu; cumque talibus Diuino fauore virtutibus polleret, fama bonorum opinione concreſcente affulſit; & opera luminis à vero lumine condonata, multis in regionibus coruſcauit.

Matth. 7. v. 24. 25. & 16. 16. Luc. 6. v. 46.

Rom. 13. v. 12.

CAPVT X.

VNde accidit, vt hæc opinio ſæuiſſimi atque crudeliſſimi Wiſogothorum Leouigildi Regis penetraret auditum, & ſuæ inuidię draco immaniſſi-

Digitized by Google

niſsimus bonis operibus ſemper æmulus, ſtimulis acrioribus irritatum, eiuſdem Principis animum virus vipereum ſatiaret, & poculum venenatum eius in viſceribus transfunderet: cuius poculi lethalis hauſtu, protinus conſilio armatus, diabolica ſtimulante inuidia, ſupradicto ſanctiſsimo viro legatis intercurrentibus iterùm iterumq; mandauit, vt relicta Fide Catholica ad Arrianam hæreſim cum vniuerſitate plebis commiſſæ diuerteret: cumque vir Deo dicatus conſtantiſsimè reſponderet, & bis terq; regredientibus nuntiis Regi mandaret, numquàm ſe veram fidẽ relinquere, quam ſemel agnouiſſet, ipſi nuper Arriano Regi exprobrauit, vt debuit, eiuſque ad ſe perfidiam dignis increpationibus repulit; ad ſe itaque reuerſis nuntiis cœpit ſupradictus Rex diuerſis ſuaſionibus, & præmiorum promiſsionibus eius animum illicere, ſi forſitan per quamcumque occaſionem poſſet ad ſuæ ſuperſtitionis volũtatem incuruare: illе verò ſuaſiones eius
1.Cor. 4.13.
callidas contempſit; dona & præmia, veluti purgamenta, repulit; Fidem Catholicam viriliter prorſus vindicauit; nec tamen contra perfidiam tacere maluit, ne tacendo forſitan conſentire videretur, ſed totis nixibus eius veſaniæ repugnans, clangore veritatis perſonauit: cumque ſe ille cerneret caſſo labore deficere, raptus in furorem, cœpit eum multis pulſare terroribus, opinans minis poſſe concutere, quem blandimentis ſuperare nequiuiſſet, ſed vir
ſanctus
Digitized by Google

ſanctus nec terroribus frangitur, nec blandimentis ſuadetur; ſed forti congreſsione aduerſus atrociſsimum tyrannum dimicans, pro defenſione iuſtitiæ perſiſtebat inuictus.

CAPVT XI.

Comperto dehinc crudeliſsimus tyrãnus, quòd nec minis, nec muneribus viri Dei animum à recta fide ad ſui perfidiam apoſtatare poſſet, vt erat totus vas iræ, fomeſq; vitiorum, ac frutex damna- Rom.9. v.22.
tionis, cuius obſidebat pectus truculentior hæreſis, Gen.37. v.6.
& captiuum in ſua ditione tenebat callidiſsimus
ſerpens, amara pro dulcibus, pro lenibus aſpera ob- Eccli.3. v.30.
tulit ciuibus, pro ſalute medicamenta mortifera; quemdam ſcilicet virum peſtiferum Arrianæ hæreſeos prauitatem per omnia vindicantem, cui nomen erat Sunna, pro ſeditioſis ſimultatibus excitandis, & pro conturbatione ſancti viri, vel totius populi, in eadem ciuitate Epiſcopum Arrianæ partis inſtituit; virum denique praui dogmatis fautorem, hominem funeſtum, vultu teterrimum, cuius erat frons torua, truces oculi, aſpectus odibilis, motus horrendus, eratque mente ſiniſter, moribus prauus, lingua mordax, verbis obſcœnus, forinſecùs turgidus, intrinſecùs vacuus, extrorſus elatus, introrſus inanis, foris inflatus, interiùs cunctis virtutibus euacuatus; vtrobique deformis, de bonis indignus, de peſsimis opulentus, delictis obnoxius,
perpe-

perpetuæ morti nimis vltroneus: hic iam ſupradictus perfidiæ auctor dum in vrbem Emeritenſem aduenicns, quaſdam baſilicas cum omnibus earum priuilegiis præcipiente Rege ſublatas, auſu temerario de poteſtate proprij Pontificis ſibimet aggrediens vſurparet, addictus prædonis funeſti arctioribus vinculis, ſatiatuſq; de eius lethalibus poculis, cœpit contra Dei famulum rabidos allatrare ſermones, & verbis ſtrepentibus comminantes ſpurciſsimas euomere voces. Sed ſeruum Dei probatiſſimum, nec comminatio furciferi fregit, nec turbulenta ira peſtiferi molliuit, nec tempeſtas inſanien-
Prou.18. v.11. tis perditi deflexit, ſed inſtar fortiſsimi muri immobilis contra omnes procellas pro ſanctæ Fidei defenſione permanſit: cumq; toto adnixu Dei famulum, vel omnes fideles iam dictus infidelis exquiſitis martyriis exturbare vellet, nec poſſet, fretus fauore Regio, baſilicam ſanctiſsimæ Virginis Euladiæ paſsim aggredi nitebatur, vt ea ſublata de proprij Epiſcopi poteſtate Arrianæ hæreſi dedicaret; cui cùm ſanctus Maſſona Epiſcopus, vel vniuerſus cum eo populus acriter obſiſteret, ac vehementer oppugnaret; ſupradictus pſeudo-Epiſcopus Sunna antefato Principi multa in accuſationem ſancti viri ſcripſit, eiq; ſuggeſsit, vt ipſa ſacra baſilica, quam adire inhiauerat, à Catholicorum poteſtate ſublata, ditioni ſuæ Regio imperio traderetur; adhæc illum talem fertur pronuntiaſſe ſententiam: Vt reſidenti-

dentibus in atrio Eccleſiæ Iudicibus vtriuſque Epiſcopi ab eiſdem aſſumpti adeſſent, ipſiſque coram poſitis vtriuſque partis defenſione conflictu diſputationis altercarẽtur, alterníſque aduerſum ſe congreſsionibus dimicantes, de ſacrarum Scripturarum voluminibus, quæque ab eis eſſent dicta, prolatis teſtimoniis aſtruerent, vel roborarent; & cuius pars triumphum brauij obtineret, ipſe nihilominùs Eccleſiam ſanctę Eulaliæ ſibimet vindicaret. At vbi huiuſmodi decretum increſcente rumore in auribus almi viri Maſſonæ perſonuit, illicò baſilicam ſanctæ Eulaliæ Virginis properus petiit, tribúſque diebus, totidémque noctibus in parſimoniis & fletibus perſeuerans, ante altare, ſub quo venerabile corpuſculum ſacræ Martyris ſitum eſt, pauimento proſtratus incubuit; tertio demum die ad atrium, quod eſt fundatum intra mœnia ipſius vrbis, repedauit; tantáque cum alacritate, & mentis conſtantia ingreſſus eſt, vt nulli fidelium ambiguum videretur, illũ in eius pergere adiutorium, qui dixit: *Nolite præcogitare quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini, non enim vos eſtis loquentes, ſed Spiritus ſanctus:* cúmque perueniſſet in vrbem, ingreſſúſque atrium conſediſſet, vultus ſui iucunditate cunctorum fidelium mœſtitiam abſtulit, ac ne in aliquo de eius victoria hæſitarent, admonuit; ipſúmque nefandum Arrianum Epiſcopum, ſimùlque Iudices diutiſsimùm eſt præſtolatus; tandem

Matth. 10.19. 20.

Arrianus Epiſcopus vnà cum Iudicibus, ſeptus cateruis populi, turgidúſque faſtu ſuperbiæ ingreſſus eſt. Tum deinde reſidentibus Epiſcopis, reſederunt & Iudices; illi maximè, qui erant fautores Arrianæ partis & impiiſsimi Regis; cúmque reſediſſent, ſanctus Maſſona Epiſcopus, vt erat ſummæ grauitatis, ſummæque prudentiæ, diu multúmque oculos cælo intentos ſilentio tenuit, cùmque ſileret, hæreticorum Sunna Epiſcopus priùs loqui exorſus eſt: cœpitq́; nefandi oris ſtrepentia aſpera, ſcabra, & obſcœna ſummo cum fragore producere verba: cui cùm vir Dei patienter, leniter, ſuauiterq́; reſponderet; atque ille contrà procacioribus verbis, vtpote per os draconis inſibilaret; cœperunt vtrique inter ſe verborũ ingens habere certamen, ſed nulla ratione potuit moles carnea ſapientiæ Dei, ſanctoq́; Spiritui, qui per os ſerui ſui Maſſonæ Epiſcopi loquebatur, reſiſtere. Quid multa? omni ratione conuictus, ſuperatuſque conticuit, ac pudore nimio coopertus erubuit, & non tantùm ille, quantùm mediatores peruerſi, qui eius partibus importunè nitebantur ferre adminiculum, & non ſolùm confuſi erubuerunt, verùm etiam audientes inexiſtimabilis doctrinæ loquelam mellifluo ſermone de eius ore procedentem, mente conſternati, atque in ſtupore nimio conuerſi, cum multa admiratione, quem expugnare antè venerant, collaudabant; nam tantam gratiam in ſuis labiis eo die Dominus conferre di-

Act.6. v.10.

gnatus

Digitized by Google

gnatus eſt, vt nunquam eum quiſquam viderit priùs tam claro eloquio facundum, & licet ſemper docuerit ore facundo, tunc tamen præ ceteris diebus eloquẽtior exſtitit, tunc enim viderunt recti, & lætati ſunt, & omnis iniquitas obturauit os ſuum: Pſ.106.
quoniam obſtruxit Dominus os loquentium ini- v.42.
qua. Cuncti ergo fideles vehementer admirati ſunt, Pſal.62. v.12.
quia quamuis virum hunc anteà nouiſſent eloquentiſſimum, nuſquam tamen tam ſcholaſtico ſermone, tam nitido, tamq́; dulcifluo eloquio reminiſcebantur fuiſſe locutum. Tunc protinus omnes Orthodoxi, omnéſque Catholici proſtratis, ſuperatíſque hoſtibus in laudibus acclamauerunt, di-
centes: *Quis ſimilis tui in diis Domine? quis ſimilis tibi? &* Pſ.85.6.
non eſt ſecundùm opera tua. deinde ad baſilicam glorio- &70.19.
ſæ Virginis Eulaliæ, vnà cum victore Antiſtite Maſ- &82.2.
ſona vnanimiter perrexerunt, in Dei nimirum laudibus exultantes venerunt, immenſiſq́ue fragoribus iubilantes ſacratiſſimum eius templum introierunt, infinitas gratias Deo omnipotenti retulêre, qui ſanctæ ſuæ Virginis precibus in ſublime erexerat famulos, & ad nihilum ſuos redegerat inimicos.

CAPVT XII.

IGITVR ſupradictus hæreticus Sunna, quamlibet omni ratione, & veritate fuerit conuictus pertinaciter in fidem priſtinam perdurauit, nec poterat liberis greſſibus ad portum properare ſalutis, cuius

Digitized by Google

Ezech. 11.19. & 36.26. Exod.8. v.19.

cor lapideum inſtar Pharaonis antiquus, permittente Deo, indurauerat hoſtis. Poſt hæc ſuperatum ſe in omnibus videns, cœpit magis magíſque mente effera aduerſus famulum Dei criminationes, & obiecta commercia callidis machinari diſpoſitionibus, atque contra militem Chriſti omni genere ſeptus telorum, ſeipſum potiùs expugnaturus aduehi; ipſúmque beatiſſimum virum Maſſonam Epiſcopum in auribus Principis Leouigildi Arriani clàm multis criminibus accuſare; nihil ſanè calliditas aduerſantis præualuit, nihil viro Dei calamitoſa nequitia nocuit, quem gratia Redemptoris ſpiritualibus armis armauit. Tandem ſpiritus nequam compulit ſæpè nominatum Arrianum Regem, vt ſanctum virum à propria ſede moueret, ſuíſque obtutibus præſentare iuberet: ocyúſque miniſtri compares criminis eius, præceptionis dictum implentes, atque ad Emeritenſem vrbem venientes, virum beatum ſub omni celeritate ad vrbem Toletanam, in qua Rex erat, properare cōpellunt: hinc cùm ſubitò ſanctiſſimus vir, Maſſona Epiſcopus, è gremio raptus Eccleſiæ tolleretur, & indemnis quaſi reus ad exſilium duceretur; omnium ciuium Emeritenſium vox eiulatu magno cum intolerabilibus lachrymis perſtrepebat, tanti patroni abrogari ſibi remedia, immēſis gemitibus, immenſiſque vlulatibus proclamabant, his nimirum vocibus clamitantes: Cur ouile tuum pie deſeris Pater? cur gregem peritu-

periturum relinquis? neque luporum nos in faucibus mittas, ne oues tuæ hactenus nectareis floribus refectæ mortalibus dentibus à mordacibus lanientur lupis? nimis procurante Pontifice, tunc ille motus tot fletibus, vt ſemper in Domino pietatis viſceribus influebat, lachrymaſſe perhibetur; deinde plurimis eos alloquens verbis, mira ſubtilitate conſolari dignatus eſt; poſt hęc valefaciens cunctis, comitante ſibi ſuffragio Diuino, profectus eſt tranquilla mente, conſtanti animo, hilari vultu, vt ſemper ſolitus erat. Cúmque perueniſſet ad ciuitatem Toletanam, & atrociſſimi tyranni conſpectibus aſtitiſſet, plurimis eum Rex laceſſens conuitiis, multíſque terroribus pulſans ad hæreſim Arrianam omni adnixu prauæ intentionis pertrahere cupiebat: ſed cùm vir Dei omnes ſibi illatas contumelias libenter toleraret, cœpit tamen aduerſus ea quæ rabidus canis oblatrabat, cum omni manſuetudine incunctanter reſpondere, & omiſſis propriis contumeliis, pro iniuriis Catholicæ Fidei condolens, ipſi tyranno audaciter reſiſtere, cuius conſtantia magis magiſque permotus inſaniſſimus Rex, multò magis cœpit rabido ore rabidioribus aduerſus Dei famulum infremere latratibus; deinde, vt tunicam ſanctiſſimæ Virginis Eulaliæ præſentaret, quam in baſilicam Arrianæ prauitatis ibidem in Toleto habere deberet, cœpit minis terroribuſq; impellere. Ad hæc vir Dei reſpondit: Compertum tibi eſt, quia

Digitized by Google

cor meum ſordibus Arrianæ ſuperſtitionis nunquam maculabo; tam peruerſo dogmate mentem meam nunquam inquinabo; tunicam dominę meæ Eulaliæ ſacrilegis hæreticorum manibus polluendam, vel etiam ſummis digitis contrectandam nunquam tradam, nec à te reperta quocumque tempore poſſideri poteſt. Hæc profanus tyrannus audiens in furorem inſaniæ verſus feſtinanter, celeriter ad Emeritenſem vrbem miſit, qui vbique ipſam ſanctam tunicam ſollicitè requirerent, & tam in theſauro S. Eulaliæ, quàm in theſauro Eccleſiæ ſenioris, quæ vocatur Sancta Hieruſalem, ſagaciter ſcrutantes eò vſque perquirerent, quoúſque eam repertam ad eum deferrent; quò cùm veniſſent, & vbique ſtrenuè requiſiſſent, minimè repererunt, ac ſic vacui ad Regem ſuum redierunt. quod cùm ei nuntiarent, acriùs infrendere cum dentium ſtridore contra virum Dei diabolus cœpit; cumque eius obtutibus ſiſteretur, ait ad eum: Dic vbi eſt, quod requiro? aut ſi non dixeris, cognoſce, te grauiùs afficiendum eſſe iniuriis, & poſt in regionem longinquam in exſilium proficiſci, vbi multis ærumnis affectus, omnibuſque neceſsitatibus intolerabiliter cruciatus, crudeli morte deficias. Ad hæc vir Dei tale fertur dediſſe reſponſum: Exſilium mihi minaris, compertũ tibi ſit, quia minas tuas non pertimeſco, exſilium nullatenus paueſco, & ideò obſecro te, vt ſi noſti regionem aliquam, vbi Deus non eſt, ibi me

exſilio

exſilio tradi iubeas. cui ille ait: Et in quo loco Deus non eſt* biotenate? & vir Dei reſpondit: Si noſti, quòd in omni loco Deus eſt, cur mihi exſilium minaris? nam vbicũque me direxeris, noui, quia nunquam pietas Dei me derelinquet; ſed & hoc certum habeo, quia quantùm tu in me crudeliùs fueris debacchatus, tantò magis me miſericordia eius ſubſequetur, & conſolabitur clementia eius. Ob cuius conſtantiam maiori ſupplicio peſsimæ mentis ſuæ inſaniſsimus tyrãnus interiùs afflictus, felle & amaritudine nimia permotus ad eum ait: Aut præſenta mihi ipſam tunicam, quam fraudulenter ſubripuiſti, aut ſi non præſentaueris, diuerſis ſuppliciis faciam ; diuaricari membra tua. Cui miles Dei ita imperterritus reſpondit: Iam dixi tibi ſemel & iterum, quia minas tuas non formidabo, ſed ſi quid valet mens tua peruerſa, ampliùs aduerſus me excogitet; ego tamen nec te pertimeſco, nec metu territus, id quod requiris, præſentabo; ſed hoc ſcito, quia tunicam ipſam igne combuſsi, puluereſque ex ea feci, & in liquorem aquæ permixtos bibi; & tactu manus tuæ (contrectans ſtomachum dicebat) euidenter cognoſce, quia in pulueres redactam illam bibi, & 4 ecce hic intus in ventre meo eſt, nunquàm tibi illam reddidero. Hoc autem ideò dicebat, quia nullo ſciente ſibi eam in ſtomacho plicatam infra ſua indumenta linteis inuolutam præcinxerat, & ita Deo ſolo conſcio geſtabat; nam ſic cæcauit Deus

fort. boidonate.

oculos

oculos ipſius Regis, & omnium aſſiſtentium, vt nullus intelligeret, queadmodùm vir Dei iſta proſequeretur. Dum hæc,& his ſimilia loquerentur,& eſſet multa cæli ſerenitas, Maieſtas Diuina cælitus fragore magno repentè intonuit, ita vt tremebundus de throno ſuo Leouigildus Rex in terram cum pauore magno procideret. Tum vir Dei cum exultatione magna ait: Si Rex es? ecce Regem,quem timeri oportet, nam non talis, qualis tu,eſt. tunc deinde ſpiritus nequam extemplò noxialibus verbis os ſacrilegum tyranni conuitiis ſemper armatum reſerauit; & iſtam protinus impietatis ſuæ ſententiam * oblatrauit: Maſſonam moribus noſtris ſemper contra nos infeſtum, & fidei noſtræ inimicum, religioniq; contrarium, ocyùs à conſpectibus noſtris ſubtractũ exſilio [5] relegari iubemus. Cumque huiuſcemodi inimicus impiiſsimus Rex malam ſanè ſententiam contra inſontem dediſſet, totius miniſtri compares criminis eum à conſpectibus eius abſtraxerunt,[6] equumque ferocem ei ad ſedendum præcipiente Rege parauerunt,qui eum ita præcipitaret, vt cadens fractis ceruicibus crudeliter interiret; tantæ ſcilicet ferocitatis equus erat,quòd nullus ſeſſor (pro eo quod iam multos per præceps corruere fecerat) aſcendere præſumebat. cumq; viro Dei, vt in eo aſcenderet, pararetur; Rex crudeliſsimus per feneſtram eminùs palatij reſpiciens, exſpectabat,vt ei vir ſanctus de equo caſurus ingens ſpectacu-

al. oblaterauit.

ſtacu-

Digitized by Google

ctaculum præberet; ſtatímque in nomine Domini edito [7] vexillo Crucis ſanctiſsimus Sacerdos aſcendit equum ferocẽ, quem ei Dominus, velut agnum manſuetiſsimum reddidit; cœpit namque cum omni manſuetudine, & cautela itineris ſui pergere viam, qui paullò antè immenſo flatu, & fremitu inceſſanti totius corporis motu, quaſi deſpiciendo alium ferre, recuſabat. Cúmque hoc miraculum omnes cernerent, obſtupeſcentes, valdè admirati ſunt, nam & ipſe Rex magna * concuſſus eſt admiratione; ſed quid cæco prodeſſe poterat iubar ſplendidiſsimum Solis, cuius arcana omni opere offuſcauerat ſæuiſsimus hoſtis? al. conuerſus.

CAPVT XIII.

IGITVR ſanctus vir Dei, Antiſtes Maſſona tribus tantùm de ſuis comitantibus pueris ad locũ [1] deſtinatum peruenit, cum quibus eum mox homines punituri, qui à Rege miſsi fuerant, exſilio in monaſterio relegauerunt; cuius relegatio fuit ſumma ſublimitas, contumelia perſpicua ſanctitas, peregrinatio immenſa felicitas. Poſt hæc ſubrogatur ei pſeudo-ſacerdos Nepopis [2] nomine, ac in locum viri Dei in Emeritenſem vrbem ſubſtituitur; homo namque profanus, ſeruus ſanè diaboli, Angelus Satanæ, 2. Cor. 12. 7. prænuntius Antichriſti; & hic alienæ ciuitatis erat Epiſcopus: ſed quoniam vir Dei creſcebat virtutibus copioſis, è contrà ille fœdabatur actibus nefan-

dis. Cùm iam per annos tres, & eò ampliùs beatam vitam beatus degeret vir Maſſona, multiſque ibi præpolleret virtutibus, omnia quæ ibidem ſuis vſibus, ſuorúmque famulorum, habere poterat neceſſaria, pauperibus erogauit, cùmque penè nihil remanſiſſet, quod largiri deberet, quędam vidua paupercula, quæ multis obſita ærumnis ad eum ſtipem flagitans aduenit; cùm verò vir Dei, qui iam omnia in opus ſimile conſumpſerat, magnoperè inquireret, quid ei impertiret, quia minimè reperiret, cœpit pueros, qui cum eo erant, depoſcere, vt ſi aliquis eorum aliquid haberet, ei fideliter præſentaret, quòd iam dictæ mulierculæ tribueret, è quibus vnus nomine Sagatus, qui præerat ceteris, reſpondit dicens: Habeo quidem vnum ſolidum, ſed, ſi dedero, nihil omninò, vnde nobis, vel beſtiunculæ noſtræ in poſtmodùm emamus, habebimus. quem vir Domini ſine aliqua hæſitatione, vt integrum daret, nihilq́; ſibi ex eo reſeruaret, præcepit, non ambigens ſibi Dominum affuturum, qui illi omnia bona protinus ſubminiſtraret: quòd cùm iuſſioni eius obtemperans mulieri ipſum ſolidum dediſſet; poſt puſillum prædictus Sagatus ad eamdem mulierem cucurrit, eamq́; deprecatus eſt, vt quia non erat, vnde ſibi victum emeret, & de ipſo quod fœnerabatur, ſaltem vel vnum tremiſſem redderet, vnde ſuæ neceſſitati conſuleret: *quem ſtatim vnum abſque mœſtitia reddidit, duos verò ſecum iucunda mente

fort. quæ.

porta-

portauit: nec mora, & ecce ſubitò ante fores monaſterij reperti ſunt ducenti aſini onuſti ſtantes, qui miſſi cum alimoniis diuerſis ad eumdem virum à diuerſis viris Catholicis fuerant; quod cum viro Dei fuiſſet nuntiatum, & ab his, qui venerant, eſſet oblatum; Omnipotenti Deo immenſas referens gratias, illicò præcepit accerſiri Sagatum; qui cùm veniſſet, ait ad eum vir Dei: Quantam dediſti mulieri eleemoſynam poſcenti? at ille reſpondit: Secundùm imperium tuum, ſolidum, quem habui, integrum dedi, ſed quia vrgebat neceſſitas, vnum ab ea tremiſſem poſteà accepi. & vir Domini dixit: Indulgeat tibi Dominus, frater, quia ambiguus exſtitiſti, & de miſeratione Domini deſperaſti; inſuper & in multos pauperes peccaſti; duos tremiſſes dediſti, ecce duo millia ſolidos, & ducentos aſinos Matth 19.29. oneratos multis alimentis accepiſti; nam & ſi ter- Marc. tium tremiſſem non abſtuliſſes, proculdubiò tre- 10.30. centos aſinos onuſtos accepiſſes: qui deinde gratias agens, atque gratiam benedictionis ſuæ pro gratiarum actione reddens, cunctos, qui ei requiſierant, ſacris elogiis ſimul & epiſtolis ſimiliter refecit: ille verò confeſtim penè cuncta, quæ illi directa fueant, pauperibus erogauit.

Digitized by Google

CAPVT XIV.

POST aliquot verò dies cùm in baſilicam ipſius monaſterij gratiâ orationis intraſſet, ſubitò ſuper altare eiuſdem ſanctæ baſilicæ ſacratiſſima Virgo Eulalia in columbæ ſpecie niuei candoris apparuit, eumq; blandè alloquens (vtpotè piiſſima domina) fideliſſimum dignata eſt conſolari ſeruum, deinde ait ad eum: Ecce iam tempus eſt, vt ad tuam regrediens ciuitatem, vt priſtinum mihi debeas exhibere ſeruitium; & hæc dicẽs alacri volatu ab oculis ſuis euanuit. vir itáque Dei, licet tantæ viſionis, tantæq; cõſolationis gratiâ exſultaret, flere nimiùm cœpit, quòd quietem paupertatis & peregrinationis ſuæ amittens ad turbines & procellas mundiales reuerteretur; non illi quippe ambiguum erat, id quod audierat, confeſtim eſſe adimplendum; tunc deinde nulla intercurrente mora, præfata glorioſa Virgo iniurias ſerui ſui [1] ſeueriſſimâ vindicauit vltione. Denique nocte quadam recubanti in ſtrato ſuo impio Leouigildo tyranno aſtitit, eiq; flagris diu multúmque vtraque latera verberauit, dicens: Redde mihi ſeruum meum, nam, ſi moram feceris, ſcito, te acrioribus ſuppliciis cruciandum: ita nimirùm flagellatus eſt miſer, vt expergefactus cum fletu magno cunctis ſibi aſſiſtentibus tot illatos oſtendit liuores, & idcircò clamitans ſe fuiſſe flagellatum, quòd ſanctiſſimo Epiſcopo iniurias irrogaſſet; nam

quis

quis ei verbera intulerit, nomen, habitum, vultuſq́; venuſtatẽ ſigillatim pandit; & omnia magnis cum eiulatibus manifeſtiſſimè propalauit: illicò namque veritus ne [2] grauiori ſupplicio mulctaretur, vt erat in omnibus rebus ſimulator peſſimus, ac diſsimulator facillimus, pietate ſimulata præcepit, vt vir Dei, qui fruſtrà fuerat à ciuitate ſua remotus, rurſus ad ſuam accederet regendam Eccleſiam; qui dum ea, quæ inſanus Rex poſtulabat, minùs annueret ſanctiſsimus vir Maſſona, ſeſeque permanſurum, vbi relegatus fuerat, aſſereret; iterúmque oblatis precibus popoſcit, vt ad ſuam dignaretur redire ciuitatem; pietas quippe ſummi Dei ſtatim ſincerum pectus emolliuit, ac beneuolẽtia copioſa viam ſuo famulo aperuit, vt regrederetur. cùm verò Deo iam opitulante regrederetur, precibus, muneribúſque eum propitium crudeliſsimus Rex nitebatur efficere, quem dudum fraudis relegauerat damnatione; ille autem munera reſpuit, dona abnuit, facinus perpetratum animo clementi laxauit, & iuxtà ſententiam [3] Domini, culpas debentium non retinuit, ſed dimiſit. [3] Matth. 6.12.

CAPVT XV.

DEHINC cum maximo comitatu de loco, quò relegatus fuerat, ad Emeritenſem vrbem reuerſus eſt: cuius dum regreſſum Nepopis, qui eidem fuerat ſubrogatus, audiuiſſet, terrore Diuino ſubitò

Digitized by Google

exterritus ad propriam vrbem, in qua anteà fuerat Epiſcopus, fugere nitebatur, priùs tamen quàm abiret, argentum copioſum, & ornamenta inſignia, & quæque meliora vidit in Emeritenſi Eccleſia, plauſtris plurimis oneratis per homines Emeritenſis Eccleſiæ clàm nocturno tempore ad ſuam ciuitatem fraudulenter immiſit; ipſe videlicet Nepopis infeliciter ab omni Clero, vel populo pulſus ab Emerita ad ciuitatem ſuam feſtinus porrexit, ac ne eum vir Dei Maſſona in ſua Eccleſia inueniret, & eum omni ignominia pelleret, quantocyùs egredi feſtinauit. cumq; prior ipſe cum paucis ſociis fugeret, poſt ipſum cuncti ad eum pertinētes vrbe ignominiosè egreſsi, diſperſi, conturbatique, ac per diuerſa pallantes ad propriam tendebant ciuitatem. Cumq; hæc agerentur, nutu Dei, meritiſque ſanctæ Eulaliæ contigit, eodem die ſubitò ſanctum Maſſonam cum infinita multitudine per ipſam viam egredi ad Emeritam ciuitatem, per quam plauſtra rebus eius onuſta properabant; cui dum in ipſo itinere haud procul ab vrbe obuiaſſent, vir ſanctus ſciſcitari præcepit; Cuius eſſent homines vel plauſtra? at illi cognoſcentes proprium Dominum, gaudio magno repleti reſponderunt: Serui tui ſumus, Domine. quos ille denuò: Quid in plauſtris ferrent? interrogauit; illi autem dixerunt: Res ſanctæ Eccleſiæ & tuas, quas hoſtilis prædo Nepopis prædauit, portauit, & ipſi infelices in captiuitatem pergimus

gimus

Digitized by Google

gimus ſeparati à rebus, & filiis, noſtríſque vxoribus,
à patria, in qua nati ſumus, expulſi. Quod cùm vir
Domini audiuiſſet, magno gaudio repletus ait: Gra- Pſal.30.
tias tibi, Domine IESV bone, refero, quia magna eſt
multitudo dulcedinis tuæ, qui tantam in omnibus
pro tuis, licet indignis, ſeruis curam gerere dignatus
es; & vt nos ab omnibus malis ereptos proſperè re-
duceres, & res tuas ditioni inimicorum minimè
traderes. Et hæc dicens, cunctos ad ciuitatem ſuam
reuocare præcepit, ac ſic cum immenſo gaudio gau-
dentibus cunctis ad vrbem peruenit, & ſicut quiſ-
piam ſitiens in ardore [1] caumatis fluenta fontium Eccli.16.
concupiſcit, ſic ille ad baſilicam ſanctæ Eulaliæ ani- v.15.
mo feruenti frequentíque ſpiritu, adnitente Deo,
peruenire meruit; cumq; ibidem toto mentis affe-
ctu deſiderij ſui accumulaſſet effectum, exultans in
Domino exultantibus vniuerſis vrbem ingreſſus
eſt. Ita nimirùm Eccleſia Emeritenſis exultans cum
ſumma iucunditate ſuum gubernatorem recepit,
gaudebat enim, quòd reperiſſet ægrotus medelam,
ſolatium quod inueniſſet oppreſſus, alimentum
quod non deeſſet egeno. quid multa? reddita ſunt
à Domino Emeritenſi Eccleſiæ copioſa ſuffragia:
nam calamitatum penurias, & crebras peſtilentiæ
clades, inſolentéſque totius vrbis procellas ſancti
viri præſentia, Domino miſerante, ſuſpendit, quos
indubiè remoto paſtore causâ eius abſentiæ op-
preſsit.

CA-

CAPVT XVI.

IGITVR cùm non præeſſet, ſed obeſſet; magis perderet quàm regeret Leouigildus Hiſpaniam; nec quidpiam de flagitiis vel facinoribus remaneret, quod non proprium ſibi defenderet, deſerens vſquequáque Deum, imò derelictus ipſe à Deo, regnum ſimul cùm [1] vita infeliciter perdidit, grauiſſimoque morbo Dei iudicio correptus, vitam fœdiſſimam amiſit, & mortem ſibi perpetuam acquiſiuit, crudeliterque è corpore eius anima reſoluta, perpetuis pœnis detenta perenniter Erebi mancipata tartaris non immeritò relegata tenetur, picibus arſura ſemper bullientibus vndis. Poſt [2] cuius crudeliſsimam mortem venerabilis vir Reccaredus Princeps filius eius, iure adminiſtrationem regni adeptus eſt, meritóque ad culmen ſibi debitum Principatus euectus eſt, præcipuis meritis legitimè ſolemniterque regale culmen, tribuente Deo, promeruit; vir denique Orthodoxus, & per omnia Catholicus, qui non patrem perfidum, ſed Chriſtum Dominum ſequens ab Arriana hæreſeos prauitate conuerſus eſt, totámque Wiſogothorum gentem mira prædicatione ad veram Fidem perduxit; erat enim religionis Diuinæ aſſertor, rectæ gloriæ prædicator, & defenſor; omnimodis Catholicam Fidem, Sanctámque [3] Trinitatem coæternam, & vnius virtutis, & ſubſtantiæ prædicans, atque in perſona-

rum

Digitized by Google

rum proprietate diſtinguẽs, in natura vnum Deum affirmans, Patrem ingenitum dicens, Filium ex Patre genitum aſtruens, Spiritum verò ſanctum ex vtroque procedere credens: his videlicet virtutibus ornatus cœpit omnes, quos caros Deo ſentiebat, diligere, horrere omninò, & execrari omnes, quos Deo cognoſcebat odibiles, atque hæreticorum nefandæ impietatis condemnare errorem; quòd dum inſtanter fieret, & multa Catholicæ Eccleſiæ fauente Deo tranquillitas redderetur, & Arrianæ calamitatis error ab omnibus penè mentibus diſcuteretur, & cunctis ſimultatibus pulſis vrbs Emerita vnà cum ſancto [4] Maſſona Epiſcopo pro tantæ tranquillitatis gratiâ congauderet, & Domino indeſinenter gratias referret; rurſus antiquus hoſtis inuidiâ aſſuetâ incitatus, rediuiua Dei famulo per ſuos miniſtros intulit prælia.

CAPVT XVII.

SVNNA namque Gothicus Epiſcopus, cuius ſuprà memoriam fecimus, irtiratus à diabolo, quoſdam Gothos nobiles genere, opibuſq; ditiſſimos, è quibus etiam nonnulli in quibuſdam ciuitatibus [1] Comites à Rege fuerãt conſtituti, conſilio diabolico perſuaſit, eóſque de Catholicorum agmine, ac gremio Catholicę Eccleſiæ cum innumerabili multitudine populi ſeparauit, & contra famulum Dei Maſſonam Epiſcopum [2] fraudulenta conſilia, qua-

Digitized by Google

liter eum interficerent, commentarit. Tunc deinde ad eum pueros ſuos miſit, & quaſi ex affectu caritatis ad domum ſuam pro eiſdem venire rogauit, vt ibidem virum Dei crudeliſſima morte perimeret; qui cùm veniſſent, eique ſuggeſſiſſent mox vir Dei ſpiritu Dei repletus, conſilium eorum intellexit, & ſtatim ait: Ego illuc abire modò minimè poſſum, quia eſt, quod pro vtilitatibus Catholicæ Eccleſiæ diſponere debeam; at ſi me deſiderat videre, hûc in atrium Eccleſiæ veniat, & quemadmodùm vult, ita me videbit: ij verò, qui miſſi fuerant, redeuntes ea, quæ audierunt renuntiauerunt; cùmque hæc audiuiſſet, ſupradictos Comites, cum quibus ſanctum virum interficere diſponebat, ad domum ſuam protinus aſciuit, eiſque, vt ad atrium vnà cum eo pergerent; dixit, ita tamen cum eis priùs definiuit, vt dum atrium introirent, vnus ex illis, cui Wittericus 3 nomen erat, qui etiam pòſt Rex 4 Gothorum fuit exempto gladio in beatiſſimum virum vno ictu transuerberaret, vt ſecundo opus non eſſet: cùm autem huiuſmodi conſilio iam dictum Wittericum informaſſet; ad atrium ſancti Epiſcopi vno animo, eadémque ſententia omnes ſimul perrexerunt; qui cùm veniſſent, & illicò ingredi voluiſſent, prohibiti ſunt, & vt pauliſper, pro foribus exſpectarent, admoniti ſunt, quoaduſque ſanctus Maſſona ad Claudium 5 virum clariſſimum, Ducem Emeritenſis ciuitatis mitteret, vt eo præſente ſe mutuis, alter-
níſque

níſque cernerent aſpectibus: idem verò Claudius nobili genere ortus, Romanis fuit parentibus progenitus, exiſtebat prorſus Fide Catholicus, & religionis vinculis fortiter aſtrictus, in prœliis ſtrenuus, in timore Dei valdè promptiſſimus, in bellica ſtudia eruditus, in * cauſis bellicis nihilominùs exercitatus; cùmque eidem nuntiatum fuiſſet, quia domus eius valdè contigua erat atrio, mox cum ingenti multitudine perſpicaciter properans ádfuit, idémque cùm vir illuſtris Claudius atrium introiſſet, protinus & illi, qui ſuprà memorati ſunt, cum ingentibus catenis populi introierunt, ac deinde ſalutato viro ex more reſederunt; cùmque diu, multùmque reſidentes ad inuicem loquerentur, idem iam dictus Wittericus iuuenis fortiſſimus ſtans poſt ſcapulam egregij viri Claudij Ducis, vtpote iuuenior adhuc ætate, reddens obſequium ſeniori, imò nutritori ſuo, gladium, quo accinctus erat, toto niſu è vagina ſua educere maluit, vt ſanctum Maſſonam ſimúlque & Claudium (ſecundùm quod definitum fuerat) trucidaret; ſed nutu Dei ita gladius in vagina aſtrictus eſt, vt putaretur clauis ferreis cum ea fuiſſe confixum, cùmque diu, multùmque enſem educere voluiſſet, & omninò non valuiſſet, cœperunt auctores huius praui conſilij tacitè admirari, cur Wittericus, quod fuerat pollicitus, minimè adimpleret, eumque ſubtiliter oculis intuentes magis magíſque hortabantur, vt tantum nefas, &

fort. auſis.

an aude-ret? tam immane piaculum incunctanter patrare * deberet, & prædictos viros gladio animaduerti nullatenus formidaret; ad quorum itaque crudeliſſimam exhortationẽ iterùm atque iterùm 6 ſpatham ſuam è vagina totis viribus educere voluit, ſed nunquam potuit; cumque hoc ſupradictus iuuenis cerneret; ſenſit Diuino munere gladium fuiſſe aſtrictum, vt quem ſemper ſuis vſibus aptum habebat, tunc minimè educere potuiſſet, & hic in ſtuporem nimium conuerſus expalluit; auctores verò huius nefandi ſceleris, vt viderunt 7 concinnationes ſui nequiſſimi conſilij Diuino iudicio fuiſſe fruſtratas, illicò ſurrexerunt, ac valefacientes ad domos ſuas cum amaritudine redierunt.

CAPVT XVIII.

ILLISQVE reuerſis Wittericus cùm eis minimè abiit, ſed ſtatim tremebundus ad pedes viri ſanctiſsimi Maſſonæ Epiſcopi corruit, omneq; conſilium prodidit, & quemadmodùm eum percutere voluerat, nec gladium educere valuerat, ſinceriter enarrauit; poſthæc cum lachrymis ait: Confiteor peccatum meum, quia tota intentione hoc malum perpetrare volui, ſed non me permiſit Deus: & adiecit: Nam & aliud aduerſus te diſpoſuerunt conſilium, vt quia dum in atrium modò non præualuerunt, ſaltem in diem ſacratiſsimum Paſchæ præualeant: hanc verò diſpoſitionem habent; vt cùm ex more

Digitized by Google

more Paſchæ Miſſam celebraueritis in Eccleſia ſeniore, poſt Miſſam (iuxta quod mos eſt) ad baſilicam S. Eulaliæ pſallendo cum omni populo Catholico proceſſeritis, homines eorum ad portam ciuitatis cum multis plauſtris onuſtis gladiis, & vectibus diſsimulata calliditate, quaſi frumenta deferant, ſtatuti ſunt, cumque vos inermes ſimpliciter proceſſeritis, omnis eorum repleta ſuper vos irruat multitudo, arreptiſq; gladiis vel fuſtibus omnes pariter viros ac mulieres, ſenes & paruulos crudeli morte interimant. Ego verò infelix, qui me in tantum facinus miſcui, à te piiſsimo Domino indulgentiam peto, & vt mihi tuis precibus veniam Dominus tribuat precor; omnia eorum, quæ noui, fideliter ſuggero, & puriſsimè manifeſto, & ecce in manibus veſtris ſum, facite in me quod bonum eſt, & rectum videtur in oculis veſtris; ac ne forſitan me tua [1] Sanctitas fallacem, aut illuſorem exiſtimet, non me permittas egredi, ſed in cuſtodia, qua iubeas, trade, donec omnia ſtrenuè perquiras, aut certiſsimè cognoſcas, &, ſi me mentientem aliter repereris, nolo viuere. Cùm hæc vir Dominus Maſſona, qui ſemper virtute pietatis enituit, audiſſet, eum vt nihil omninò metueret, blandè admonuit; gratias omnipotẽti Deo egit, qui ſeruos ſuos de tantis periculis liberauit, ac deinde ad Claudium Ducẽ miſit, eiq; omnia intimauit, quòd cùm ille audiuiſſet, præcepit, vt cauſa paullulùm ſilẽtio tegeretur, ſi forſitan

 cogno-

cognoſcentes proditum fuiſſe eorum conſilium, fugam arriperent, ſed dum ſagaciter inueſtigauit, manifeſtiſſimè reperit fuiſſe verum, quod fuerat nuntiatum: cumq́; ea, quæ expoſuerant, Comites ſupradicti Arriani præbuiſſent, ex more in occurſum diſpoſita, circumquaque multitudo in inſidiis; repentè ſuper eos Dux irruit Claudius, & alij ex eis capti ſunt, alij verò, qui gladiis operari voluerunt, gladio ſtatim perierunt; tunc deinde ad domum
2 Sunnonis Arriani Epiſcopi cum ingenti multitudine Dux Claudius perrexit, ipſumq́; hæreticum ſimiliter Epiſcopum nihil horum opinantem comprehendit, eúmque arduè cuſtodiendum S. Maſſonæ Epiſcopo delegauit, ſimilíque modo vniuerſos collegas eius cuſtodiæ mancipauit, Wittericum verò, qui nefandorum conſilium manifeſtauit, liberum abire præcepit; & omnia igitur, quæ fuerant geſta orthodoxo Principi Reccaredo Claudius Dux intimauit, atque vt porrecta confeſtim decreti ſententia ei præciperet, quid de hoſtibus Domini IESV CHRISTI fieri deberet, ſuggeſſit. Rex verò huiuſmodi ſuggeſtionem accipiens, talem dedit ſententiam: Vt cuncti omnibus patrimoniis, vel honoribus priuati exſilio multis vinculis ferreis conſtricti legarentur; Sunnam verò pſeudo-Epiſcopum exhortarentur conuerti ad fidem Catholicam: &, ſi conuerteretur, tunc demùm ei præciperet, vt pœnitentiam ageret, & ſatisfactione lachrymarum ſua

delicta

Digitized by Google

delicta defleret, vt acta pœnitudine, cùm eum iam agnoſcerent perfectum eſſe Catholicum, eum poſtmodùm in quacumque alia ciuitate ordinarent Epiſcopum. Cumque ei crebrò dicerent, vt pœnitentiam tantis pro piaculis ageret, & furorem Domini, quem delinquendo excitauerat, deflendo mitigaret; quod agere noluit; ſed priſtinam non omittens tyrannidem, hæc reſpondit: Ego quid ſit pœnitentia ignoro, ob hoc compertum ſit vobis, quia pœnitentiam neſcio, & Catholicus nunquàm ero, ſed eo ritu, quo vixi, viuam, aut pro religione, in qua nunc ab ineunte ætate mea permanſi, libentiſſimè moriar: Cuius dum mentem obſtinatam, pertinacémque in malis cernerent; hunc protinus de finibus Hiſpaniæ, ne alios peſtifero morbo macularet, cum ſummo dedecore infeliciter pepulerunt; atque eum modicam ſupra nauiculam ignominiosè impoſuerunt, eíque comminantes præceperunt, vt in quemcumque locum, vel regionem tranſmeare vellet, liberum haberet arbitrium, quocumque verò tempore in Hiſpania fuiſſet repertus, grauiori ſe cognoſceret mulctandum ſententia. Tunc deinde nauigans Mauritaniæ regionis contingit littus, atque in eadem prouincia aliquamdiu commoratus, multos perfidiâ impij dogmatis maculauit; deinde protinus Auerno mulctatus iudicio, crudeli exitu vi-
tam

Digitized by Google

tam finiuit. Baſilicas verò, quibus S. Maſſona dudum iniuſtè caruerat, iuſtè cum omnibus priuilegiis recipere meruit, & omne patrimonium ſupradicti hæretici concedente[3] clementiſſimo Principe Reccaredo adeptus eſt: ceteros verò ſceleſtos (quos ſuprà memorauimus) iuxta præceptum Regis exſilio relegarunt: è quibus vnus vocitabatur [4] Vacrila, de eorum manibus euadens ad baſilicam S. Eulaliæ ob remedium percipiendum confugit; quod dum Principi Reccaredo ſupradictus Claudius intimaſſet, hoc dixiſſe fertur: Inimicus Summi Dei, miror, cum qua facie atria eius Sancta ingredi præſumpſerit, vt quem hactenus inſaniendo fruſtrà perſecutus eſt, nunc ad eum causâ percipiendi remedij confugium facit; ſed quia multæ miſerationis nouimus eſſe Deum, & nullum deſpicere, quamuis delinquentem ad ſe conuertentem ambigimus; ob hoc itaque decernimus, vt ipſe Vacrila cum vxore, filiis, & omni patrimonio ſuo perpetim ſanctiſsimæ virgini Eulaliæ deſeruiat, nam & hoc præſenti decreto ſancimus, & ſicut vltimi pueri ante equum dominorum ſuorum abſque aliquo vehiculi iuuamine ambulare ſoliti ſunt, ita [5] ante caballum domini, qui præeſt cellæ ſanctæ Eulaliæ, ambulare debeat, & omne ſeruitium, quod infimum conſueuerat peragere mancipium, coram eo depoſito coturno, vel faſtu cum omni humilitate exhibeat. Accepta igitur ſanctus Maſſona auctoritate eum illicò de baſilica

Exod. 34.6. Ion. 4. 2.

lica

lica egredi, & ad ſuum conſpectum venire præcepit, & vt ſemper viſceribus pietatis affluebat, eum blandè, ne aliquid iam deinceps formidaret, admonuit, ſed, vt iuſsioni Principis obtemperaret, causâ obedientiæ de eccleſia S. Eulaliæ vſque ad atrium, quod eſt fundatum infra muros ciuitatis ante caballum Diaconi Redempti pergeret, ordinauit; arreptoq; baculo ſupradicti Diaconi manibus geſtans ad atrium perueniſſet, ſtatim eum liberum abire permiſit cum vxore, & filiis, & omnibus prædiis ſuis, hoc ſolùm illi præcipiens, vt omnibus modis Catholicam fidem 5 integram, immaculatamque cuſtodiret cunctis diebus vitæ ſuæ.

CAPVT XIX.

EA igitur tempeſtate apud Galliarum eximiam vrbem Narbonam huiuſcemodi contra fidem Catholicam diabolus excitauit ſeditionem, cuius cauſæ ſeriem enarrare perquàm longum eſt, nam ſi hoc per ordinem perſequi voluerimus, tragœdiam magis, quàm hiſtoriam texere videbimur, ſed breuiter, ſummatimq; exiguam particulam enarremus. Duodeniq; Comites, inclyti licet opibus, & nobiles genere, profani tamen mentibus, & ignobiles moribus 1 Graniſta videlicet, & Wildigernus cum Arriano Epiſcopo nomine 2 Athaloco, vel alij 3 plures

compares errorum ſuorum, grauiorem in eamdem regionem fecerunt turbationem, nam reſultantes aduerſus fidem Catholicam infinitam multitudinem Francorum in Galliis introduxerunt, quatenus vi prauitatem Arrianæ partis vindicarent, & ſi fieri potuiſſet, Regnum viro Catholico Reccaredo præriperent; interim per idem tempus innumerabilem Clericorum, Religioſorum, & *omnium Catholicorum interficientes multitudinem immenſam fecerunt ſtragem; quorum ſcilicet Saluator noſter IESVS CHRISTVS animas auro obrizo puriores, omníque lapide pretioſo pretioſiores, velut holocauſtomata ſuſcipiens, cateruis Martyrum in cæleſti ſacrario collocauit. Poſt hæc igitur nullâ morâ interueniente ſublimis atque omnipotens Deus hoſtibus ſuis ſuperno brachio repugnans precibus excellentiſſimi Reccaredi Principis ſanguinem innocuum vlciſcens, 4 romphæali iudicio protinus de inimicis mirificam fecit vltionem: denique proſtratis, conſternatíſque vniuerſis fidei Catholicæ inimicis ſanctus 5 Maſſona Epiſcopus cum omni plebe ſua pſalmodiæ canticum exorſus 6 myſticas laudes Domino cecinit, ad aulam almæ Virginis Eulaliæ omni cum plebe laudantes, hymnizanteſ-ſque venerunt; ac deinde Paſchalem ſolemnitatem omnes cum eo ciues iucundiſsimè celebrantes more priſcorum per plateas fragore magno iubilantes in

*al. hominum.

in gloriam Domini clamauerunt, dicentes: *Cantemus Domino, glorioſè enim magnificatus eſt.* & iterum: *Dextera tua Domine glorificata eſt, in virtute dexteræ manus tuæ confregit inimicos: & præ multitudine Maieſtatis tuæ contriuiſti aduerſarios.* Poſthæc remotis ab omni parte tempeſtatibus copioſam Dominus populo Catholico largiri dignatus eſt pacem. Exod.15. 1.6.7.

CAPVT XX.

SANCTVS itaque Maſſona dum multis curriculis annorum adminiculante diuino ſuffragio Emeritenſem regeret Eccleſiam; feſſuſque iam nimia ſenectute in febrim correptus eſt, cœpítque viribus totius corporis repentè deſtitui, tunc deinde conuocans Archidiaconum ſuum nomine Eleutherium, ait illi: Cognoſce, fili, quòd tempus meæ reſolutionis inſtat: & ideò obſecro te, atque admoneo, vt iam modò ita curam ſanctæ Eccleſiæ, totiuſque ſanctæ Congregationis ſollicitè geras, vt me in omnibus ſecurum reddas, & mihi liceat in loco ſecreto mœroris animi mea, priuſquàm abeam, defleam delicta. His auditis iam dictus Archidiaconus, eius non infirmitati & ſenectuti compaſſus eſt, non ſe deſolari tanti Patris ſolatio doluit, ſed potiùs per eius obitum gaudio magno gauiſus eſt, cor ſuum lætitiã tranſitoriæ poteſtatis inflauit; ita nimirum 2.Tim. 4.6.

Digitized by Google

mirum vt cum magno comitatu puerorum ſuperbus equo vehente huc illúcque properaret: poſt aliquantis autem diebus accidit, vt ſanctus Maſſona Epiſcopus [1] puerulis, qui ei fidele exhibebant ſeruitium, libertatis cartulas conſcriberet, & per confirmandas eorum libertates aliquam particulam pecuniolæ tribueret, aut certè exiguas poſſeſſiunculas conferret: at vbi Archidiacono iam dicto nuntiatum eſt, illicò atrium petiit, quemadmodùm ſanctus Epiſcopus haberet, ſciſcitauit; cui cùm dictum eſt, quia inualeſcente languore morti iam, iamq; propinquaret, ſtatim ſupradictos puerulos accerſiuit, & quid illis fuiſſet, veraciter à ſancto Epiſcopo illatum, requiſiuit; cui cùm illi veraciter dixiſſent, excitatus in furia cœpit eis minans turbulenter prætendere terrores, & dicere: Videte quod accepiſtis, benè conſeruate, nam ſi omnia mihi intemerata, cùm requiſiero, non præſentaueritis, ſcitote, vos grauiſſimis ſuppliciis fore excruciandos. & his dictis cum furore ad domum ſuam reuerſus eſt. Tunc deinde ſupradicti pueri, cellam in qua ſanctiſſimus vir Maſſona Epiſcopus æger in lectulo recubabat, ingreſſi, amariſſimè coram eo flere cœperunt, dicentes: Miſericordiam in nos indignos pro tua pietate feciſti, quod vtique melius nobis conuenerat, ſi non feciſſes, ecce adhuc tu viuis, & tantas nobis minas prætendunt, te defuncto quis

è

è nobis de eorum manibus queat liberare? Hæc & his ſimilia multa coram eo lachrymabiliter affati ſunt; at ille his auditis non facilè credidit, ſed priùs, vt ſuæ grauitati condecebat, vtrùm verum, an falſum eſſet, quod dicebatur, ſagaciter exquiſiuit: cùm autem comperiſſet verum eſſe, quod audierat, lachrymatus eſt, ſtatímque in cellulam leuari, & ad baſilicam ſanctæ Eulaliæ Virginis (cui ſemper deuota mente ſeruierat) deferri præcepit: cumq; ibidem ſanctiſſimus ſenex perueniſſet coram altari ſacro, manus expandens, ſimulq; venerabiles oculos cum lachrymis ad cælum ſuſtollens cum magno gemitu ſeſe in terram proſtrauit, & preces ſuas diu multúmque in conſpectum Domini fudit; completâ verò oratione clarâ voce cunctis audientibus Pſal. 15.
ait: Gratias tibi refero Domine, quoniam exaudiſti 19. 20.
me, benedictus in ſæcula ſæculorum, quia non amouiſti deprecationem meam, & miſericordiam tuam à me: & his dictis ad 2 Epiſcopum rediit, ita nimirum redditus priſtino robori, vt putares hunc non ægrum, non ſenem, ſed rediuiuum ſumpſiſſe vigorem, iuuenemq; eſſe robuſtiſſimum; qui cùm ex more ad 3 veſpertinum Officium vellet procedere, mirum in modum gaudentibus cunctis; Archidiaconus hæc audiens reatu ſuo oppreſſus obſtupuit, quod audiebat ad veſperam proceſſurum, quem putabat eodem die moriturum, confuſione,

Digitized by Google

ne, & pudore faciei opertus ſecundùm conſuetudinem cum omni Clero venit, coram Epiſcopo aſtitit, eique ex more incenſum obtulit, cui vir Domini ait: Præcedes me. illi verò ignorantes cauſam reſponderunt: Non pro alio tibi dictum eſt, niſi quia eum præcedes ad Eccleſiam: cúmque veſpertinum cœpiſſet implere Officium, ſtatim ſupradictus Archidiaconus grauiſſimo dolore ibidem in choro pſallentium percuſſus eſt, ad domúmque ſuam cum graui ægritudine remeauit, quòd dum genetrix eius ſanctiſſima ſcilicet femina agnouiſſet, illicò ad venerabilem virum rapidiſſimo curſu properauit, eúmque deprecari cum lachrymis & fletu magno cœpit, vt pro filio eius oraret ad Dominum; ad hæc ille tantùm reſpondit: Quod oraui, oraui: ex hinc die tertia Archidiaconus obiit. Sanctus verò Maſſona Epiſcopus plurimis, quibus ſuperſtes fuit diebus, multam eleemoſynam egenis impertiuit, ac fidelibus famulis maiora ſuæ gratiæ beneficia conferens, largiora ſtipendia munerum tribuere eſt dignatus; deinde ſenex 4 nimiùm ætate decrepitus, dierúmque multorum, vltimum inter verba orationis cum pace efflauit ſpiritum.

Digitized by Google

CAPVT XXI.

POST diſceſſum namque ſupradicti ſanctiſſimi ac venerabilis Maſſonæ Epiſcopi ſubrogatur vir ſummæ humilitatis ac ſimplicitatis [1] Innocentius nomine, cuius meritum nominis indicauit vocabulum, innocens vtique & ſimplex, neminem iudicans, neminem condemnans, nemini nocens, innocuus ſemper, & pius cunctis ſuæ vitæ temporibus exſtitit: qui & eodem tempore, quo ordinatus eſt (vt fertur) in ordine Diaconorum vltimus habebatur, tantæ denique ſanctitatis, tantæ compunctionis fuiſſe perhibetur, vt quoties pluuia deerat, & æſtu nimio terra longâ ſiccitate exarebat, collecti in vnum ciues loci illius cum eodem per baſilicas Sanctorum precibus Dominum exorantes pergebant; repentè verò, quoties cum eo procedebant, pluuia cælitus largiflua tribuebatur, quæ pleniſsimè terram ſatiare potuiſſet; vnde non dubium erat, quòd eius lachrymæ ex tam humili ſimplicíque mente editæ apud omnipotentem Dominum, non ſolùm hæc, verùm etiam potiora iis obtinere potuiſſent. Quo etiam defuncto [2] Renouatus ſacerdotij culmen cunctis virtutibus decoratus non immeritò promeruit: vir denique natione Gothus, generoſo ſtemmate procreatus, familiæ ſplendore

dore conſpicuus; erat enim procerus corpore, formâ perſpicuus, ſtaturâ decorus, obtutu gratus, venuſto vultu, decora facie, nimiumque admirabilis aſpectu; ſed quamuis extrorſus habitus ſui gloriâ eſſet decoratus, introrſus pulcrior habebatur, lumine ſancti Spiritus illuſtratus, multis nimirum artium diſciplinis exiſtebat eruditus, multíſque virtutum variis generibus, erat enim egregius in omnibus operibus ſuis, æquiſsimus, iuſtiſsimus, nimiúmque acris ingenij, & in omnibus diſciplinis Eccleſiaſticis vehementer inſtructus, atque in Diuinis voluminibus perquàm exercitatus: hic dum multis virtutibus coruſcaret ſacrâ doctrinâ nonnullos diſcipulos erudiens, ſanctiſsimóque exemplo vitæ ſuæ inſtituens, prudentiâ videlicet, ſanctitate, patientiâ, manſuetudine, miſericordia, plurimos tales, qualis exſtitit, limina iuſtitiæ, ſequendíque dogmatis prædicatione effecit; cuius doctrinâ
Eccli. 27.12. hactenus rutilat, ac refulget Eccleſia in Sole & Luna. Dein, cùm per plurimos annos irreprehenſibiliter rexiſſet Eccleſiam Angelicis cœtibus copulaturus, omnibúſque cæleſtibus partium ſupernarum legionibus coniuncturus, mirabiliter artubus reſolutis è corpore egrediens ſuperni regni aulam cum Chriſto ſemper manſurus, & ſine fine regnaturus introire meruit. Horum igitur ſupradictorum Sanctorum corpora in 3 vna eademq; cellula

haud

haud procul ab altari ſanctiſsimæ Virginis Eulaliæ honorificè tumulata quieſcunt: ad quorum denique veneranda ſepulcra tantam Chriſtus quotidie confert copioſæ caritatis gratiam, vt quacúmque fuerit quiſpiam ægritudine conuexatus, quocumque fuerit etiam languore afflictus; ſtatim vt Diuinum Numen illic toto corde depopoſcerit, omnes à ſe morbos diſcuſſos, omnéſque maculas pulſas diuinitus ſentiens hilaris, ſanuſq; ad cupitam per Dei gratiam peruenit ſanitatem. Quantitatem ſcilicet miraculorum obituumq; ſimul impeditus, vt potuit, ſermo Chriſti militum enarrauit, qui quamlibet ex colore nimio peritis imperitè diſpliceat, omiſſa pompa verborum humiliter ſentientes, credentéſque nobilitat, & quoddam emolumentum bonæ mercedis legentibus, audientibúſque accumulat. Ego autem humiliſſimus omnium à faſtidioſis lectoribus precor, vt legant priùs huius codicis opuſcula, & poſteà deſpiciant; ne videantur non ex iudicio, ſed ex odio præſumere, & ignorata damnare; illud tamen manifeſſimè cognoſcant, me amore Chriſti, & dilectione ſanctiſsimæ Eulaliæ impulſum, vt ſcriberem, manifeſta retuliſſe, vera proculdubio veraciter expoſuiſſe. Vni in Trinitate Domino ſemper manenti, regnantique perenniter gloria, honor, fortitudo, gratiarum actio,

Apoc.7. v.12. 2.Tim. 4.18. Heb.13. v.1.

virtus, poteſtas; & benedictio nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

D. THO-

Digitized by Google

D. THOMÆ TAMAIO DE VARGAS ABVLÆ-CARPETANI PHILIPPI IV. MAGNI HISPANIARVM ET INDIARVM REGIS HISTORIOGRAPHI

NOTÆ

IN PAVLI DIACONI EMERITENSIS LIBRVM DE VITA ET MIRACVLIS PP. EMERITENSIVM.

Exemplaria Pauli, quibus vſi ſumus.

I. *Ex Eccleſiæ Toletanæ Bibliotheca litteris Gothicis exaratur.*

II. *Gothicum ex Bibl. Regia Hieronymiana apud Scoriacum. Exiſtimo olim fuiſſe ex Carazedano S. Valerij monaſterio. Vidit etiam Amb. Morales V. Cl. & de Hiſp. optimè meritus, noſtri regij muneris aſſecla. Plura hîc ſunt Pauli exemplaria Latinis litteris exſcripta, quæ non otij noſtri fuit illa omnia conferre.*

Digitized by Google

virtus, poteſtas; & benedictio nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

D. THO-

Digitized by Google

D. THOMAE TAMAIO DE VARGAS ABVLAE-CARPETANI PHILIPPI IV. MAGNI HISPANIARVM ET INDIARVM REGIS HISTORIOGRAPHI

NOTAE

IN PAVLI DIACONI EMERITENSIS LIBRVM DE VITA ET MIRACVLIS PP. EMERITENSIVM.

Exemplaria Pauli, quibus vſi ſumus.

I. *Ex Eccleſiæ Toletanæ Bibliotheca litteris Gothicis exaratur.*

II. *Gothicum ex Bibl. Regia Hieronymiana apud Scoriacum. Exiſtimo olim fuiſſe ex Carazedano S. Valerij monaſterio. Vidit etiam Amb. Morales V. Cl. & de Hiſp. optimè meritus, noſtri regij muneris aſſecla. Plura hîc ſunt Pauli exemplaria Latinis litteris exſcripta, quæ non otij noſtri fuit illa omnia conferre.*

III. *Ex Bibl. Illuſt. D. Ioannis Bertrami à Gueuara Archiep. Compoſtellani, ſupremi Italici Conſilij Præſidis; dono accepi ab Illuſt. D. Fredenando de Vera & Vargas Archiepiſcopo-Epiſcopo Cuzcenſi, Regio Conſiliario, magno magni auunculi nepote. Latinis litteris tranſcriptum à viro docto, vt apparebat, ipſo in limine indicabatur.*

IV. *Etiam Latinis litteris ſcriptum ex Bibl. viri nobilis D. Io. de Fonſeca & Figuerra amici heu! olim noſtri; in Seren. Ferdinandi Hiſp. Infantis, Cardinalis Toletani Bibliothecam poſteà tranſlatum. Quod quidem ex Bertramiano, cum iiſdem mendis ſcateret, tranſcriptum crediderim.*

V. *Etiam Latinum, ab Aluaro Gomecio à Caſtro Eulalienſi V. Cl. Franciſcus Piſa Toletanus Th. D. mihi, dum viueret, amiciſſimus habuit.*

VI. *Latinum, Antonij Couarruuiæ Regij Conſiliarij, & Toletanæ Eccleſiæ & Academiæ Scholarchæ, Illuſtriſ. Didaci Hiſpaniarum Præſidis fratris V. Cl. cognati mei, omnium emendatiſſimum.*

VII. *Gothicum, manu Illuſt. Garſiæ Loaiſa Archiep Toletani in aliquot locis interpolatum. Habui à Petro Salazar de Mendoza Canonico Toletano, cuius obitum nuper omnes boni nobileſque luxerunt.*

VIII. *Gothicum aliud, quo vſus fuit magnum Hiſpaniæ decus, Io. Mariana S.I. amicorum meorum princeps. Habent hodie illius ſocij, apud quos Toleti tumulatus. Sed nullo pij cineres ornantur monumento, nullo diſtinguuntur titulo. Nec opus, cùm viro illi incomparabili cælum præmium fuerit; orbis ſepulcrum; fama inſcriptio.*

NO-

Digitized by Google

NOTÆ

IN PAVLLVM DIAC. EMERIT.

1. Paulli.] *Quem multi hactenus deſiderantes, de eo honorificè meminerunt; vti Illuſtriſſ.*

*Cæſar Cardinalis Baronius tom.7.ad an.Dom.*IↃXXCIX.

Garſias Loaiſa Girora Archiepiſc.Toletan.Hiſpaniarum Primas Not.ad Concil.Tolet.III.*& viri doctiſſimi.*

*Ambr. Morales Hiſtoriographus Regius lib.*11.*Chron. Hiſp.cap.*71. *& Tractatu de libris ad hiſtoriam auxiliaribus tom.*2. *præfixo pag.*3.*&* Not. ad D.*Eulogij Memor.SS. lib.*2.*cap.*1.

Io.*Mariana S.I.lib.*5.*de rebus* Hiſp.*cap.*13.

Hieron.*Romanus Hiſp.*	Auguſtiniani	*l.*2.*hiſt.Eccl.Hiſp.c.*27.
Ludou.de Angelis Luſit.		*l.*4.*de laud.B.Au.c.*20.
Cornel.Lancilotus Belga		*lib.*2.*de vit.S.Aug.c.*8.
Io.*Marquez Hiſp.*		*c.*12.*Orig.Erem.S.Aug.*

*Bernardus Britto Ciſtercienſis, Hiſtoriog.Luſitan.lib.*6. *Monarch.Luſit.cap.*19.*&* 20.

Hieronym. Romanus S.I. *cap.*16. *Hiſt.Emerit. apud Io. Marq.*

Gaſpar Eſcolanus Reg.*Valent.rer. Hiſtoriog.lib.*2.*Hiſt. Valent cap.*12.

*Franciſcus Padilla Eccleſiæ Malacitanæ Theſaurarius Cent.*6.*Hiſt.Eccl.cap.*50.*& Cent.*7.*cap.*17.

Martinus Carrillo Abbas Montaragonenſis in Annal. nonſemel.

Barnabas Mereno de Vargas ciuis & Senator Emeritenſis diſcurſ.24.Nob.

L. Rudericus Carus Not. ad M.Maxim.Chronic. ad an. 576.590.

2 Diaconi Emeritenſis.] *Benè, vt à Paullo alio Emeritenſi Epiſcopo, de quo noſter Paullus cap.5. meminit, diſcernatur. Præterea ipſe Paullus hoc ſe diaconatus honore illuſtrem prædicat cap.1.cùm ait:* Ego indignus, & omnium peccatorum primus, Leuita CHRISTI, *&c.*

3 Liber de vita & miraculis Patrum Emerit.] *Ita in omnibus ferè* MM-SS. *in aliquot,* vitæ PP. Emeritenſ. *ſed placet inſcriptio prima, quæ eam, quàm Dialogis ſuis D. Gregorius Magnus præfixit, repræſentat; quemque ſe maximè imitari teſtatus eſt Paullus initio huius Operis. Gregoriana* ἐπιγραφου *ſic ſe habet:* De vita & miraculis Patrum Italicorum. *Sed* de vitâne, *an* vitis? *Pro* vita *Gregorius Turonenſis præfatione lib.* de vita PP. *ſui ſæculi, cùm ait:* Quęritur à quibuſdam vtrùm VITA Sanctorum, an VITÆ dicere debeamus? A.Gellius & alij Grammaticorum VITAS dicere voluerunt. Nam Plinius Auctor in III. Artis Grammaticæ lib. ait VITAS antiqui cuiuſcumque noſtrûm dixerunt. Sed Grammatici pluralem non putant habere VITAM. Vnde manifeſtiùs eſt, rectiùs dici VITAM PATRVM, quàm VITAS: quia cùm ſit diuerſitas meritorum virtutumque, vna tantùm omnes vita corporis alit in mundo. *Quam ſententiam ſecuti videntur* Euagrius Monachus, *qui apud Honorium Auguſtud.cap.40. de illuſt.Ecc.Script.*

Scripſit

Digitized by Google

Scripſit multa neceſſaria Monachis; ſcilicet Vitam Patrvm; *necnon* Pelagius Diaconus, *qui apud Sigebertum cap.*116. *de Eccl.Script.* Tranſtulit in Latinum de Vita & doctrina Patrum lib.16. *quemadmodùm* Io. Subdiaconus *apud eumd.cap.*17. Tranſtulit de Græco in Latinum de Vita & doctrina Patrum lib.1. *Pro Vitis tamen obtinuit vſus in Vitis-Patrvm, de quibus plura eruditiſſ.amicus ille noſter, ac de Eccleſia Dei & Rep. litteraria optimè, ſi quis alius, meritus, quem incredibili vtriuſque diſpendio vtraque ad plures abeuntem pridem luxit, H.Roſvveydus S.I. Prolegom.*1.*in Vit.PP.*

4 Præfatio.] *In* mm-ss.*hæc Præfationis & Capitum diſtractio prorſus deeſt. Continuata libelli huius ſeries legebatur, vt Plinianis operibus, aliiſque ex antiquitate Scriptoribus accidiſſe teſtantur omnes, qui vetuſtis manuſcriptis euoluendis operam impenderunt; noſque non ſemel ſumus experti. Acceſsère viri docti, qui tædij leuandi causâ, & ſtudioſæ iuuentutis adiuuandæ ſtudio in capita ſectionéſve opera antiquorum partiti ſunt, felici nonnunquàm euentu, aliquando ſecùs; vnde erroribus è veræ lectionis truncatione natis anſa ſæpè præbita eſt, queis dignoſcendis auerruncandiſque lyncea eruditorum acies cum fructu ſæpiùs intenta fuit. Paullo Emeritenſi eamdem adhuit operam (vt reor) primus, quiſque ille fuit, huius Operis tranſcriptor; nam in duobus, quæ habui, exemplaribus recenti manu exaratis hæc adiecta reperiuntur initio ipſius Operis*: In Paulli Diaconi Emeritenſis lib. de Vita & miraculis PP. Emer. Index capitum. Nos enim partiti ſumus in capita diſtinctionis

cau-

Digitized by Google

cauſâ. *Partitio verò ipſiſſima eſt, quam ego etiam præfixi, repræſentauique; nec immutare eam volui, tum quia auctoritate illorum exemplarium confirmatam vidi; tum etiam, quia non inconcinnè diſſectam iudicaui. Hæc de titulo. De re verò Paullum hunc ſcriptorem ferè omnium veſtigiis inſtitiſſe, cùm* præfationem *hanc opuſculo huic prætexuit. Sic Eulogius Martyr ſuum Sanctorum Memoriale* præfatione, *Apologeticum Martyrum* prologo, *Documentum martyriale* proœmio *auſpicatus eſt. Sic quicumque perlegitur, ne rem notiſſimam teſtimoniis obtundam ſuperuacaneis. De Scriptoris noſtri ætate dicam ad cap. 12. calcem. Nunc cetera proſequar, quæ in præfatione*

5 Vera eſſe nullus ambigat miracula, quæ ſanctiſſ. &c. Dialogorum in libb. &c. edidit.] *Audi Nouator vetuſti Scriptoris de Gregorianis Dialogorum libb. iudicium; Antiquitatem nouitati præpone, & tandem Centuriator; aut quiſquis ſit ex eo Alaſtorum cætu*

* ὃς κατὰ λίμνην
Τιμᾶτο βατραχῶν ἡγούμενος ἤματα πάντα.

** Lemannum qui propè ſtagnum Ranarum eſt cunctis dux cultus honore diebus.*

Obmuteſce. Nec iis Dialogorum libb. parum auctoritatis acceſſit è Zachariæ PP. I. auctoritate. qui eos Græcis auribus dedit, teſte Ioanne Diacono cap. 75. lib. 4. vitæ Gregorianæ; propter quos Io. Damaſcenus, Euthymius, ceterique Græci ſcriptores horum voluminum auctorem Gregorium Dialogum appellant, de quo vid. Sixtus Senenſis lib. 4. Biblioth. Sanct. vti de toto opere Melchiorem Canum lib. 9. de loc. Theolog. cap. 6.

6 Sanctiſſ. egregiuſq; vates.] *Præter alia honoris & ſancti-*

ſanctitatis plena D. Gregorij meritis debita elogia, etiam vaticinium illi tribuit Io. Diaconus cap. 54. lib. 4. eiuſdem vitæ.

7 Prænotationis ſtylo.] *Ipſe Gregorius præfat. lib. 1. Dialog.* Quæ iam prolata ſunt meliùs inſinuo, ſi ea quæ per inquiſitionem ac reſponſionem dicenda ſunt, ſolâ nominum prænotatione diſtinguo. *Ioan. Diacon. cap. 75. lib. 4. ipſius vitæ ex eodem:* Hinc Gregorius roboratus, SS. miracula PP. cum Petro ſuo Diacono, quæ per inquiſitionem atque reſponſionem protulerat, expoſitionis altiùs ſtudium interrumpens, ſola nominum prænotatione diſtinxit.

8 Sacrarium Spiritus ſancti.] *Eodem recidit appellatio, qua virum ſanctiſſ. Gregorium indigetat Honorius Auguſtudunenſis lib. de illuſtrib. Eccleſiæ Scriptorib. ad an.* IↃC. Gregorius Rom. vrbis Epiſcopus, organum Spiritus ſancti. *Nec mirum, cùm* Petrus Diaconus eius confirmaſſet iureiurando, ſe vidiſſe Spiritum ſanctum, quaſi columbam, ſuper caput Gregorij ſedentem, roſtrum ſuum ori illius inſerentem. *apud Sigebertum cap. 41. de illuſt. Eccleſ. Script. quam etiam rem prodigio confirmauit.*

9 Dum luce clarius Euangelicæ auctoritatis voce manifeſtetur, Dominum ſemper operaſſe, &c.] CHRISTVS *apud Ioannem cap. 5. v. 17.* Pater meus vſquemodò operatur & ego operor. *Quamobrem abeant iterum genimina viperarum in malam, hoc eſt ſe dignam rem, & ex miſelli homuncionis tenuitate diuinam omnipotentemque maieſtatem metiantur, & miracula à noſtris etiam tempori-*

poribus tollant. Deus certè ſemper & ubique materiam fecit mirabilium ſuorum, *vt ait diuinus Pſaltes;* & quid eſt (*rogat aurei oris Ioannes in Pſalm.* 110.) memoriam fecit mirabilium ſuorum? Nunquàm, inquit, miracula facere intermiſit. Hoc enim eſt, Fecit memoriam, non ceſſauit, non deſtitit pet omnem generationem facere miracula; & per res admirabiles excitare craſſiores, *&c.* multa autem videri poſſunt, & priuatim, & in domo, & in ciuitatibus fieri miracula. *Eximia illa Baſilij Seleucienſis vox eſt aduerſus incredulos potentiæ diuinæ æſtimatores lib. 2. de S. Thecla,* Μέχρι γὰρ ἄνθρωποι ὦσι, καὶ τὰ θαύματα ἀεὶ ἔσται πηγάζοντα, ἀεὶ βλύζοντα, ἀεὶ τεθηλότα, ἀεὶ πάντως ἰώμενα. Donec namque erunt homines, ſimul miracula fontis inſtar abundabunt, ſemper ſcaturient, ſemper florebunt, ſemper ſalutifera omnino erunt. *In re notiſſima*

—— verbum non ampliùs addam.

10 In Emeritenſi vrbe.] *De qua videbis ad Notarum calcem* Ἀπασπασμάτων.

11 Quæ ipſi eo referente auribus noſtris audiuimus, quem è corpore mirabiliter egreſſum, & ad ætherea regna perueniſſe non dubitamus.] *Duplex fidei ſtabiliendæ ratio, & virum omni exceptione maiorem vidiſſe, & ab ipſo fide bonâ relata audiuiſſe. Nam etſi teſte Plauto Trucul.*

Pluris eſt oculatus teſtis vnus, quàm auriti decē:
Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, planè ſciunt.

Veriſſi-

Veriſſimum illud apud Strabonem 2. Geog. ſcitum eſt, δι' ἀξιῶν μόνους εἰδέναι τοὺς ἰδόντας, ἀναιρεῖ τὸ τῆς ἀκοῆς κριτήριον, ἥτις πρὸς ἐπιστήμην ὀφθαλμοῦ πολὺ κρείττων ἐστί. Qui ſolos eos, qui viderunt, ſcire autumant, auditioni, (quæ ad ſcientiam oculo præſtantior eſt) iudicium adimit.

IN CAPVT I.

1 PVerulus. *&c.* dum ceteris coëuis ſuis ac ſodalibus, *&c.* in domo egregiæ Virginis Eulaliæ.] *Ex more nimirum antiquo, quem Patres Concilij Toletani II. cap.* 1. *docuerunt, cùm aiunt:* De his quos voluntas parentum à primis infantiæ annis clericatus officio mancipauit, ſtatuimus obſeruandum, vt mox cùm detonſi, vel monaſterio electorum contraditi fuerint, in domo Eccleſiæ, ſub Epiſcopali præſentia, à Præpoſito ſibi, debeant erudiri. *Et refertur Diſt.* 18. de his qui volunt. *Sic in Concil. Tolet. IV. cap.* 24. Prona eſt omnis ætas ab adoleſcentia in malum: nihil enim incertius quàm vita adoleſcentium. Ob hoc conſtituendum oportuit, vt ſi qui in clero puberes aut adoleſcentes exiſtunt, omnes in vno conclaui atrij commorentur, vt lubricæ ætatis annos non in luxuria, ſed in diſciplinis Eccleſiaſticis agant, deputati probatiſſimo ſeniori, quem magiſtrum doctrinæ & teſtem vitæ habeant. *Hinc ſeminarij clericorum inſtitutio orta, quam Alexander IV. & Concil. Lateran. I. cap.* 11. *diſpoſuit.*

2 A Præpoſito.] *Sic illum vocat Concil. II. Tolet. c.* 1.

Digitized by Google

Qui etiam Senior *&* Magiſter *in IV. cap.14. dicitur.*

3 Viſitandum vt moris eſt.] *Nimirum & ſapientiæ præſcripto c.7. Eccleſ.* Non te pigeat viſitare infirmum. Ex his enim in dilectione firmaueris. *Vnde Monachi Nitriæ apud Sozomenum lib.6.c.21.* Si quis fortè abſit, eum abeſſe planè inuitum conſtat, vel afflictatione aliquâ vel morbo præpeditum, ad quem viſendum curandumque non omnes ſtatim eunt, ſed variis temporibus ſinguli, quidquid habent ad morbum leuandum accommodatum, ſecum deferunt.

4 Matutinum officium.] *Iſidorus 6. Orig. cap. 19.* Matutinum officium eſt in lucis initio à ſtella Lucifero appellatum, quæ oritur inchoante mane. *Nec abſimiliter Rabanus Maurus 1. inſtit. cap. 11. Pro quibus ſtat vetuſtiſſimus Chriſtianorum cœtuum vſus, ab Ethnicis etiam obſeruatus. Plinius epiſt. 97. lib. 10. ad Traian. & ex eo Tertullian. cap. 2. Apolog. Euſebius 3. Eccl. hiſt. 33. & Nicephor. 3. cap. 17.* Soliti ſtata die ante lucem conuenire, carmenq; CHRISTO, quaſi Deo, dicere ſecum inuicem. *Benè, ſed etiam id mediâ nocte fieri apud antiquos teſtes ſunt Hilarius in Pſalm. 118. Bernardus ſerm. de duobus diſcip. Chryſologus ſerm. 39. Ephræm de B. Abrahamo, Palladius de Adulio monacho cap 30. Parad. Herac. Baſilius de monachis tempore Chryſoſtomi viuentibus ſerm. 20. de aliis alij. Nam teſte Hiſpano piiſſimo vate, Prudentio:*

Poſt Solis ortum fulgidi
Serum eſt cubile ſpernere,

Ni

Digitized by Google

Ni parte noctis addita
Tempus labori adieceris.

Quam conſuetudinem Patres Eccleſiæ Emeritenſis obſeruaſſe hinc liquidò conſtat.

5 Deprecaui.] *Vt paullò antè* ſciſcitaui; *ita in* MM-SS. *omnibus, nec immutaui, cùm ad eam ſcriptum normam animaduerterim, quæ in vetuſtis ſcriptoribus paſſim occurrit; Afranius,*

Experiurabant, execrabant ſe, ac ſuos.

Titennius,

Laudo quòd oſculaui priuignæ caput.

Plautus,

Inuoco vos lares Diales, vt me tutetis.

Et id genus ſexcentis apud Feſtum, Nonium, alios. Niſi hoc ſimpliciùs interpretemur, & ſcriptorem noſtrum cum S. Proſpero in reg. commun. epiſt. ad Map. n. 15. aliiſque Eccleſiaſticis ſcriptoribus ſic loquentem audiamus: De accuratione dictionis elaborata non ſatago; nec mihi pudori eſt, ſi diſputatio mea, quæ fortè probatur in rebus aliquos inanium verborum ſectatores horrore incomptæ orationis offendat. Quia (*teſte Gregorio Magno præfat. in lib. Moral.*) indignum vehementer exiſtimo, vt verba cæleſtis oraculi reſtringam ſub regulis Donati. *Id multi ex antiquis Patribus opinabantur. Suus cuique genius; ſua cuiuſque æui ratio etiam eſt.*

6 Viuariolum meum quem habeo.] *Sic in* MM-SS. *Annè*, viridariolum meum, quod habeo? *Alterum Grammatici expoſtulent neceſſe eſt; alterum videntur verba,*

quæ paullò poſt adduntur, erigere, apprehendenſque manum meam eduxit me in hortum amœniſſimũ, *&c.*

7 Domino & Abbati meo.] *Annè hic, qui initio dictus* Præpoſitus cellæ? *Crediderim. De* Domini *voce vide quæ ad F.L.Dextri epiſtolam ad Oroſium notaui. Inuenio nomen cuiuſdam Abbatis huiuſce monaſterij in ſubſcriptionibus Concil Tolet XI. iis verbis:* Florentinus Eccleſiæ monaſterij S.Eulaliæ Abbas, hæc geſta ſynodica à nobis definita conſentiens ſubſcripſi. *Nam nuſpiam apud Hiſpanos monaſterium aliud hiſce temporibus S.Eulaliæ, præter illud Emeritenſe reperio.*

8 Cœpit animus eius flagrare deſiderio percipiendæ pœnitentiæ, qua confeſtim accepta, *&c.*] *Sic de morientibus loqui amant antiqui Patres; Concil. Carthaginenſe IV. c.76.* Accipiat pœnitentiam, & ſi continuò creditur moriturus reconcilietur per manus impoſitionem, & infundatur ori eius Euchariſtia. *Arauſicanum I. cap.3.* Qui recedunt de corpore, pœnitentiâ acceptâ, placuit ſine reconciliatoria manus impoſitione eis communicare, *&c. Toletanum XI. cap.12.* Si præceptum mortis vrget periculum pœnitentia per manus impoſitionem accepta; *& ſtatim,* De iis autem, qui accepta pœnitentia, *&c.* ab hac vita receſſerint. *Sed hanc vocem non tam quòd in Cicerone non inueniant, quàm quòd Eccleſiaſticis inſtitutionibus aptiſſima ſit, à Chriſtianis moribus eliminare contendũt Grammatico-Theologi Valla ad c.7. poſter. ad Corinth. & Eraſm. ad cap.3. Matth. aliiq́ue eiuſdem (quod aiant) officinæ ſiue figlinæ.*

Digitized by Google

ſiglinæ. Verùm pro ea lege illa religionis & Theologiæ vera lumina R. Bellarminum lib.1.de pœn.cap.7. A.Salmeronem tract.4.tom.4. & M.Sandæum comm.10.Gramm. profan.

9 In cellula.] *Quæ Clericorum. Codinus in orig. Conſtant.* τὰ δὲ πέριξ κελλία ἦσαν τῶν κληρικῶν; *vti & Monachorum, Theodorus Anagnoſta Eclog.1.* νυκτὸς ἐν τοῖς τῶν μοναχῶν κελλίοις περιερχόμενος ἐξ ὀνόματος ἐκάλει ἕκαστον. *Sed horum propria; vnde nomen ſortitus loccus ille fuit, qui* Cellia *appellatus eſt apud Sozomenum lib.6.cap.31.* ἕτερός ἐστι τόπος καὶ σχεδὸν ἑβδομήκοντα σταδίοις διεστώς, ὄνομα κελλία· ἐν τούτῳ δὲ σποράδην ἐστὶ μοναχικὰ οἰκήματα πολλὰ, καθὸ καὶ τοιαύτης ἔλαχε προσηγορίας, ibi eſt alius locus diſtans (*nempe à Nitria*) ſtadia ferè ſeptuaginta, cui nomen *Cellia*: in eo ſunt cellæ Monachorum permultæ ſparſim poſitæ, qua de cauſa hoc nomen habuit.

IN CAPVT II.

1 IN prouincia Luſitaniæ.] *Ita olim erat Emerita.*

Luſitanorum caput oppidorum
Vrbs. ——

Prudentio Hymn. in laud. MM.Cæſaraug. & Plinio 3.c.1. ſignatè Emerita Luſitaniæ *lib.9.cap.41. vti Melæ in* Luſitania Emerita *cap.6.lib.3.*

2 In monaſterio, cui Caulineana vocabulum eſt.] *In aliquot exemplaribus* Colona *dicitur, ſed corruptè, nam in Gothicis* Cauliniana *diſtinctè legitur; ſic in iis, quæ vidit Morales, & in Alcoracenſi ante quingentos annos ſcripto, quo vſus eſt Brittus. Antiquitatem huius monaſterij non*

non ſolùm eſt epiſtola Tarræ Monachi ad Reccaredum regem, quæ nondum edita in bibliothecis Hiſpaniæ hactenus deliteſcit, de qua Moral. lib. 12. cap. 22. & Padilla cent. 7. cap. 17. eliciet, ſed ex teſtamento D. Fuæ Roupini ſtrenui antiquique Luſitanorũ Ducis in Alcobacenſi archiuo à B. Britto reperto, publicatoque cap. 4. lib. 7. Monarch. Luſit. cuius verba, quia ſingularem hiſtoriæ noſtræ partem continent, libens tranſcribo. Poſtquàm inuentam à ſe imaginem quamdam Virginis Deiparæ retuliſſet, ſubdit: Nos verò non ſciebamus vnde eſſet, & vnde veniſſet iſta imago; ſed ecce cùm deſtruebatur altare per albanires (*ſic Hiſpani vocant ædium exſtructores*) inuenta eſt arcula de ebore antiquo, & in illa vno enuolterio (*etiam Hiſpani pro* inuolucro *hanc vocem vſurpant*) in quo erant oſſa aliquorum Sanctorum, & chartula cum hac inſcriptione: Hîc ſunt reliquiæ SS. &c. quas detulit è monaſterio Cauliniana Romanus monachus ſimul cum venerabili imagine Virginis MARIÆ de Nazareth, quæ olim in Nazareth ciuitate Galilææ multis miraculis claruerat, & inde aſportata per Græcum monachum nomine Cyriacum, Gothorum regum tempore in prædicto monaſterio per multum temporis mãſerat, quouſque Hiſpania à Mauris debellata, & rex Rodericus ſuperatus in prælio, ſolus, lacrymabilis, abiectus, & pænè deficiens peruenit ad præfatum monaſterium Cauliniana, ibiq; à prædicto Romano Pœnitentiæ & Euchariſtiæ Sacramentis ſuſceptis, pariter cum illo, cum imagine

ne & reliquiis ad Seanum montem peruenit x. Kal. Decembr. in quo rex ſolus per annum integrum manſit in Eccleſia ibi inuenta cum CHRISTI crucifixi imagine & ignoto ſepulchro: Romanus verò cum hac ſacrâ Virginis effigie inter duo iſta ſaxa vſque ad extremum vitę permanſit, & ne futuris temporibus aliquos ignorantia teneat, hæc cum reliquiis ſacris in hac extrema orbis parte recondimus. Deus iſta omnia à Maurorũ manibus ſeruet. Amen, &c. *De hoc monaſterio plura qui volet, adeat Moral. & Padill. locis iam laudatis, Brittum ibid. & cap. 21. lib. 6. Ludou. de Angelis lib. 4. de laud. D. Auguſt. cap. 20. Io. Marquez cap. 12. de orig. Erem. S. Auguſt. §. 8.*

3 Renouatus Abbas, *&c.* poſt etiam Emeritenſis vrbis Pontifex.] *De quo plura in Not. ad cap. 21.*

4 Vſitato nomine guillones.] *Gloſſæ Iſidori* Gello, Baucalis. *Latino-Græcæ* Gillo βαυδάλιον; *vox Caſſiano Inſt. 4. cap. 16. Ruffino 3. num. 14. aliis ſcriptoribus nota; de qua nos plura poſt. eruditiſſ. Her. Roſvveydum Onom. ad vit. PP. & P. Scriuerium ad Epig. 85. lib. 2. Martial. Schidiaſm. vltimo Decadis 6. Horarum Subſeciuarum, vbi quid Guillonarius in legg. VViſogothor. ſit explic. ex ea Hiſpanis* cangilon *attribuit P. Ciaconius, ciuis meus ad miraculum doctus, Not. in Caſſian. & Roſvveyd. meliùs quàm à* congio, *vt gentilis meus D. Sebaſtian. de Couarruuias voluit Theſ. L. C. hac ipſa voce.*

5 Aut flaſcones.] *Vox Hiſpanis, Italis, & Gallis exigua litterulæ mutatione communis* fraſco, fiaſco, flagon;

Digitized by Google

*etiam aliis. D.Gregorius 2. Dial.cap.*18. Vino plena duo linea vaſcula, quæ vulgò *flaſcones* vocant, *&c.* ne de flaſcone, quem abſcondiſti, bibas, *&c.* cùm flaſconem inclinaſſet, de eo protinus ſerpens egreſſus eſt. *Flodoardus lib.*1.*hiſt.Eccl.Rom. cap.*15. Vas, quod vulgò flaſconem vocant, vini à ſe benedicti plenum dedit. *Heſychius* φλασκων ἢ εἶδος ποτηρίου; *ſic medij æui ſcriptores, Thvvrocz in Chron. Hung. c.*78. *And. Presbyter in Chron. Bauar. Florentius VVigornienſ. in Chron. Hinc Papias in Gloſſ.* Flaſciæ Græcè pro recondendis fialis primùm factæ ſunt, vnde & dicuntur.

6 Memomorabilis amnis Ana.] *Ex Prudentio Hymn. in S. Eulal. de Emerita;*

Nunc locus Emerita eſt tumulo
Clara colonia Vettoniæ
Quàm MEMORABILIS AMNIS ANA
Præterit: & viridante capax
Gurgite, mœnia pulcra lauat.

Hodie retento antiquo nomine adiectione vocis Arabicæ Guid, *aut* Guada, *quæ aqua ſiue fluuius Arabibus eſt*, Guadiana *dicitur, & vel alter Græcorum Alphæus, ſæpiùs naſci gaudens nouo non ſemel miraculo conſpicitur. De eo plura Rui-Gonzales de Clauiſo in Itinerario legationis ad Tamerlanem tempore Henrici* III. *Caſtellæ Regis; Hieron. Paulus de Flum. Pet. Medina cap.*33. *lib.*2.*rer. Hiſp. Marian.*1. *c.*3. *Gariuai.*4.*cap.*19.*alij.*

Digitized by Google

IN CAPVT III.

1 TEmporibus Leovigildi.] *Qui incœpit regnare etiam viuente Livva fratre anno* IↃLXVIII. *&* *deſiit viuere ann.* IↃLXXXVI. *iuxta certiorem Iſidori & VVulſæ computandi rationem. Sunt qui appellent* Leovegildum, *ſunt qui* Liwigildum; *nos numiſmatum inſcriptiones ſecuti ſumus.*

2 Ab Africanis regionibus in prouinciam Luſitanam.] *Non ſine exemplo. Paullinum vitæ auſterioris deſiderio ex Africa in Hiſpaniam traieciſſe teſtantur Baron. ad ann.* XCV. *Romanus in Chron. Ord. S. Aug. lib.* 3. *Ludou. de Angel.* 4. *de vit. S. Aug.* 20. *Marq. c.* 10. *orig. Erem. S. Aug. §.* 5. *& Emeritæ, quæ Luſitaniæ caput, etiam vixiſſe præter ceteros non obſcurè prodidit Auſonius epiſt.* 24. *ad eumd.*

Paullinū, Auſoniumq; viros quos ſacra Quirini
Purpura,& auratus trabeæ velauit amictus
Non decet inſidiis peregrinæ cedere diuæ.
Quid queror; Eoique inſector crimina monſtri?
Occidui me ripa Tagi,me Punica lædit
Barcine,me bimaris iuga ninguida Pyrenæi.
Mœnibus è patriis forſan quoque veſtis & oris
Quemque ſuo longo dirimit Prouincia tractu
Trans montes,ſolemque alium,trans flumina & vrbes,
Et quod terrarum cælique extenditur inter
EMERITÆque amnes,lataq; fluenta Garumnæ.

3 Nunctum Abbatem.] *De quo plura Baron. ad*

Digitized by Google

*ann.*IↃLXXXIX. *Moral.lib.*11.*cap.*62. *Padilla cent.*6.*c.*50. *Lud.de Angel.*4.*de vit.S.Aug.*20.*Roman.*2.*hiſtor.Eccleſ.* 27. *Lancilottus* 2.*de vit.S Auguſt.*18. *Marq.cap.*12.*orig. Erem.S.Aug.§*.8. *ſed omnes ex vno Paullo Emeritenſi, cuius verba, vt de rebus à Nuncto præclarè geſtis agant, tranſcribunt.*

4 Qui quamlibet eſſet Arianus.] *Ex hac Leouigildi in S.Nunctum pietate futuram ipſius pœnitentiam argumentatur Io.Marquez c.*12.*§*.8.*Sed de illa nos vberius egimus* Notis *ad M.Maximi Cæſarauguſtani Chronicon.*

5 Fractis ceruicibus crudeliter necauerunt.] *Lud. de Angel.*4.*de vit.S.Aug.*20.Nunctum Martyrem ſanctiſſimum, profeſſione monachum; *& Lancilottus lib.*2.*c.*18. inuictum Martyrem *vocant: nec mirum cùm pro iuſtitia, quæ Auguſtino ſuprà Pſalm.*14. *& Thomæ* 2.2. *q.*124.*art.*5.*ad* 1. *efficax martyrij cauſa eſt, occiſus à ſceleratis fuerit.Exemplis confirmat Marq.cap.*12.*§*.8.

IN CAPVT IV.

1 PHaleratas verborum pompas.] *Sic Ambroſ.aduerſ.relat. Symmachi lib.poſt.* phaleratos ſermones *appellat; & lib.*2.*in Luc.*2.Nam ſi Orator illorum, qui phaleras ſermonum ſequuntur, negat in hoc fortunas poſitas eſſe Græciæ, hoc an illo verbo vſus ſis, *&c. S.Proſper lib.de vit.Contemp.cap.* 34. Prudentibus viris non placent phalerata, ſed fortia, quando non res pro verbis, ſed pro rebus enuntiandis verba ſunt inſtituta.*Et Cerippus Africanus* 4.*de laud.Iuſt.*

Phale-

Phaleras phaleris & laudibus addere laudes
dixit eodem ſchemate.

2 Garrulas facundiæ ſpumas.] *Nempe* caua verba, & in morem veſicarum tumentia *apud Hieronym. epiſt.*100. *&* bullatas nugas *Perſio ſat.*5. ventoſam loquacitatem *Petronio initio ſat.* ampullas & ſeſquipedalia verba *Horat. ad Piſon. & id genus ſexcenta apud Auctores, de quibus videbis eruditiſſ. Lud. Creſſolij lib.*3 *Theat. vet. Rhet. cap.*23.

3 Superiùs polliciti ſumus.] *Præfatione ipſa Operis.*

4 Sanctum virum nomine Paullum.] *De quo Scriptores noſtri Moral. lib.*11. *cap.*71. *&* *Padilla Cent.*6. *c.*50. *non ſine Scriptoris noſtri commendatione.*

5 Arte Medicum.] *Augeat Paullus noſter aliorum ſanctitate præſtantiſſ. Medicorum numerum, quem pia Io. Molani ſedulitas eleganter concinnauit,* Diario Eccleſiaſtico Medicor.

6 Age illud, quod mercedi tuæ proficiet.] *Hiſpaniſmus purus putus* mercedi tuæ *eſt. Vulgaris ferè omnes compellandi increbuit conſuetudo apud Hiſpanos notiſſima,* vueſtra merced; *qua vrbanitate nimiùm blandienti enatæ ſunt ceteræ compellationes, quæ vulgò notæ. Remanent apud Paullum noſtrum Hiſpaniſmi veſtigia non ſemel; vti apud ceteros Scriptores Hiſpaniæ obſeruatum à viris doctis eſt. Orientius Illiberritanus in Commonit.*

Hinc cohibet totum pacis concordia mundum,
Quæ brutis etiam cum ratione datur.

Vbi in MM-SS. cō rōne, *quod Hiſpani dicunt* con mucha

racon, *hoc eſt meritò, iuſtè, non ſine cauſſa, notante Cl. M. A. Del-Rio. Eulogius Cordubenſis non abſimiliter lib. 1. Mem. SS.* Sed in veritate crimen eſſe fatendum eſt, latitare. *Frequenter enim quippiam aſſeuerantes incipimus* en veridad, *obſeruante Moral. Not. ad Eulog. num. 20. & lib. 2. cap. 1.* Nec non ex parte linguæ Arabicæ cognitus, *vbi Hiſpaniſmum etiam agnoſcit; nam frequenter loquimur* por parte de ſu virtud era mui buen querido, *& id genus pleraque.*

IN CAPVT V.

1 ADoleſcentem tondere cœpit, ac Deo omnip. ſeruiturum obtulit.] *Bene, nam teſte D. Hieron.* (*vt habetur 12. q. 1. c.* duo ſunt,) raſio capitis eſt temporalium omnium depoſitio, *nimirum vt Deo, qui tonſus ſit, hoc eſt clericus, deſeruiat. Tonſura ortum habuit à Nazaræis, à quibus Apoſtoli in Eccleſiam eam introduxerunt, auctore Iſidoro 2. de Eccleſ. offic. cap. 4.*

2 Caſulam.] *Eadem vox in interprete veteri Philothei Epiſcopi C.P. Comm. de ſac. off. tom. 4. Bibl. vet. PP. col.* IↃXXIIX. Egreditur retrò Sacerdos demiſſam portans caſulam, *Græcè* Φαινόλιον, *nam eadem voce vtitur inferiùs ipſe interpres; & placet ea pro vocabula, quibus Eccleſia Romana vtitur, apud antiquos Scriptores inuenire. vid. Amalarium Fortun. lib. 6. de Eccleſ. offic. cap. 19. & lib. 3. cap. 15. & Raban Maur. lib. 1. Inſt. Cler. cap. 21.*

Digitized by Google

IN CAPVT VI.

1 FIdelem Epiſc.] *De quo iidem Scriptores noſtri Moral.11.cap.72. & Padilla Cent.6.c[illegible] 50.*

2 Archidiaconus cum clero in A[illegible],&c.] *Hunc tamquam præcipuum Eccleſiæ Hiſpaniæ morem obſeruant Moral.& Padilla ex noſtro Paullo, qui addi etiam poſſit iis, quæ Iſidorus epiſt.ad Laufredum Cordub. Epiſc.de officio Archidiaconi ſcripſit, & fragmentis, quæ Bernardus Præpoſitus Papienſis in collect. Decret.lib.1.tit.15.c.3. ex Concil.Tolet. de eiuſdem munere collegit.*

3 Ipſius ædificij ſpatia longè lateque altioribus columinibus erigens, pretioſaq; atrij columnarum ornatibus ſuſpendens, ac pauimentum omne, vel parietes omnes nitidis marmoribus veſtiens, &c.] *Certè ad hunc modum S.Eulaliæ templum graphicè Prudentius deſcripſit in ipſius hymn.*

Hic vbi marmore perſpicuo
Atria luminat alta nitor,
Et peregrinus & indigena
Reliquias, cinereſq; ſacros
Seruat humus veneranda ſina.
Tecta coruſca ſuperrutilant
De laquearibus aureolis,
Saxáque cæſa ſolum variant,
Floribus vt roſulenta putes
Prata rubeſcere multimodis.

IN

Digitized by Google

IN CAPVT VII.

1 SAncti Fauſti.] *Hiſpani nimirum Martyris, Cordubæ paſſi apud S. Eulog. II. Mem. SS.* IX. *& Iſidor. hymn. officij Gothici.*

2 S. Leocritiæ.] *Etiam Cordubenſis Martyris apud Aluarum Paullum S. Eulogij amicum in ipſius Eulogij paſſione & hymno diei anniuerſarij.*

IN CAPVT VIII.

QVod ſignum ad matutinum dediſſet.] *Sic inferiùs*, Ecce continuò hora eſt vt ſignum dari debeat. *Antiquiſſimus hic in Eccleſia ſigno dato ad horas congregandi Eccleſiaſticos viros mos eſt. Sed quatuor hoc modis pro diuerſitate temporum effectum animaduerti, ligno, ære, voce, curſore. De ligno, Amatarius IV. de offic. diu.* 25. Lignei inſtrumenti ſono vtebatur Eccleſia Rom. antiquis temporibus, quando latitabat per cryptas propter perſecutores. *Liber miraculorum Anaſtaſij Martyris in VII. Synod. Act.* 4. *recitatus*, Lignaq; ſacra pulſantes inuicem obuiam facti ſunt. *De ære, notiùs eſt, quàm vt hîc exemplis pateſiat. Vid. plura apud Io. Stephan. Durand.* 1. *de rit. Eccleſ. Cath.* 22. *De voce, Hieron. epiſt.* 27. Poſt Alleluya cantatũ, quo ſigno vocabantur ad collectã, *&c. in monaſterio Paullæ. De curſoribus, Ignatius Martyr epiſt. ad Polycarp. iis vtebantur Chriſtiani, vti ligno, propter perſecutores, ſed initio naſcentis Eccleſiæ. Signa verò, ſiue tintinnabula, aut notæ ſemper in eminentiori loco.*

Digitized by Google

loco. Einhardus lib.3. de tranſlatione SS. Marcellini & Petri cap.15. Turricula, quæ ſigna baſilicæ continebat, ab eis conſpici potuiſſet.

2 Vbi ingreſſus eſt Eccleſiam S. Mariæ, quæ ſancta Hieruſalem nuncvſque vocatur.] *Sic etiam cap.12.* In theſauro Eccleſiæ ſenioris, quæ vocatur ſancta Hieruſalem; *Concilium Emeritenſe tempore Recceſuinchi regis, ipſo initio,* Congregatis nobis omnibus prouinciæ Luſitaniæ Epiſcopis in nomine Domini, reſidentibus in Hieruſalē Eccleſia, quæ in Emeritenſi vrbe, quæ caput huius prouinciæ noſcitur eſſe, & ſub principali nomine manet dicata, *&c. Non abſimiliter in Concilio Tolet. LXXII. Epiſcop. iuſſu Reccaredi regis congregato* in templo maximo S. Mariæ, in ſecretario dicto Hieruſalē *apud M. Maximum ad ann. IↃXC. & in Concilio Spalenſi (ſic in antiquis codicibus legitur) II. tempore Siſebuti regis,* conſidentibus nobis in ſecretario ſacroſanctæ Hieruſalem Spalenſis Eccleſiæ, *&c. Nec aliter in I. (ſi Concilium illud eſt, ſeu potiùs è Concilio epiſtola Epiſcoporum ad Pegaſium) cap. I. Nam hæc abſque dubio Metropolitanarum Eccleſiarum prærogatiua. Vid. Padill. Cent.7. cap.12. & 47.*

IN CAPVT IX.

1 MAſſona.] *Aliis* Mauſona *eſt; de quo Scriptores noſtri Io. Abbas Biclarenſ. in Chron. M. Maximus ad ann.* IↃLXXIX. *IↃLXXXVI. IↃLXXXIIX.* IↃXCVII. *Roderic. Tol. II. c. 14. Chron. Hiſpaniæ generale iuſſu Alphonſi cognomento*

Digitized by Google

mento ſapientis collectum 2. part. cap. 40. Vaſæus ad ann. IↃƆLXXI, IↃLXXXIX. *Garin. lib. 8. cap. 83. Moral. lib. 12. c. 6. Marian. lib. 5. cap. 13. & 14. Loaiſa Not. ad Concil. Tolet. III. Padill. Cent. 6. c. 45. & 53. alij, ſed recentiores ex vno Paullo, quem ex ipſis poterit quis illuſtrare: iis adde illuſtriſſ. Annal. Eccleſ. Cæſarem ad ann.* IↃLXXXIX. *& quæ ad cap. 20. notamus.*

2 Maſſona ſucceſſit Fideli.] *M. Maximus ad ann.* IↃLX. *ordinem inuertit, cùm ait:* S. Maſſona ſucceſſit in Emeritenſi ſede Paullo. *& ad ann.* IↃLXVI. Paullus Emeritenſis Epiſcopus Epiſcopo ſucceſſit Fideli; *è noſtro emendandus; nam Paullo ſucceſſit Fidelis, Fideli Maſſona: vid. Moral. lib. 11. cap. 72. & Padilla Cent. 6. cap. 50.*

3 Nobili ortus in hoc ſæculo origine.] *Moral. lib. 12. cap. 6.*

4 Priuſquàm ordinaretur Epiſcopus.] *Padilla Cent. 6. cap. 68.*

5 Vas paruulum in quo leuaret, &c.] *Hiſpaniſmus. Nobis tollere eſt* lleuar. *duplicato noſtro more ll. ſed à Latino* leuare *tractum.*

6 Redempto.] *De quo etiam cap. 3. & 18.*

IN CAPVT X.

1 FIdem Catholicam viriliter prorſus vindicauit.] *Maſſona, vnde Io. Biclarenſ.* Maſſona Emeritenſis Eccleſiæ Epiſcopus in Chriſti fidei dogmate clarus habetur.

Digitized by Google

IN CAPVT XI.

1 SVnna.] *Non hic ſolùm pſeudoepiſcopus in locum Maſſonæ ſuffectus eſt, ſed etiam alius: Maximus Cæſarauguſt. ad ann.* IↃLXXXI *inter eos, qui Leovigildo perſequente Hermenegildum Synodum congregarant, recenſet* Sunnam (*non* Sumniam, *vt in vulgatis eſt*) & Nepotianum Epiſcopos Emeritenſis Eccleſiæ intruſos; *etſi hunc Nepotianum Nepopem crediderim ex cap.* 13. *&* 15. *noſtri Paulli. De Sunna vid. Moral. lib.* 12. *cap.* 6. *Marian. lib.* 5. *cap.* 34. *& Padill. cap.* 68. *Cent.* 6.

2 Hæreticorũ Sunna Epiſcop. priùs loqui exorſus eſt, *&c.*] *Habes hîc, pie Lector, graphicam Catholici & Hæretici ſpiritus deſcriptionem. Vt veritas ſemper vna eademque celebratur, ſic hæreſis nunquam ſuæ malitiæ colorem mutauit. Intemperiem & faſtum falſi oris hîc vides, temperantiam & ſoliditatem Chriſtiani pectoris contemplaris. Quot inter Catholicos & hæreticos congreſſus olim & nunc legimus, tam ſimiles admiramur quàm lac lacti; itaque exemplis ſuperſedeo.*

IN CAPVT XII.

1 AD vrbem Toletanam.] *De accitu S. Maſſonæ ad eam Moral.* 12. *cap.* 6. *& Padill. Cent.* 6. *cap.* 68. *De ipſa vrbe nos copioſiſſimè lib.* de Tol. vrb. antiquit.

2 Bionate.] *Annè* βιοβανάτε? *annè à voce* βροτοῦ, *vt miſerum vocet, vel à* βρότος, *vt truentum dicat? Fortaſſe: ſed magis crediderim legendum* Burdonate, *tum quia Græcas*

voces in ore Leovigildi vix poſſe reperiri exiſtimem; tum etiam quia antiquiſſimi Hiſpanorum dicebant Borde *eum, quem* obliquum à patre genus *vocat Statius, & degenerum I.C. quique in Euripidæis Phœniſſis* μάτρὶ λόχευμα, μάσμα πατρὸς, matri turpis partus & patri probrum ac piaculum eſt: *nec aliter nothos & ſpurios vocari hodie in multis Hiſpaniæ partibus ſcio, & meritò, cum* Borde *quaſi* βόρδος, *ſiue* βόρδων, *vnde nos ſtupidum* burdo *vulgò appellamus, &* burdones *muli ex aſina ſunt, ſic vbi* burdonum onus 4. *Reg.* 5. *Vulgatus interpres legit, Hebræi, Chaldæi &* LXX. mulorum habent. *Itaque vel, vt ſpurium notet, aut blennum dicat impius Rex pium Epiſcopum* Bordonatum *aut* Burdonatum *finxit, quaſi* burdonenatum.

3 Diuaricari.] *Cicer. de ſig.* Sopatrum hominem ſummo magiſtratu peditum diuaricari ac deligari iubet, *hoc eſt, diſtendi: de arboribus dixit Cato,* rami diuaricantur.

4 Ecce hic in ventre meo eſt.] *Tunica ſcilicet S. Eulaliæ, quam Leovigildus requirebat, de qua Moral.* 12. *c.* 6. *Marian.* 5. *cap.* 13. *& Padilla Cent.* 6. *cap.* 68.

5 A conſpectibus noſtris abſtractum exſilio relegare iubemus.] *Rodericus Tolet. II. cap.* 14. Denique Arianæ perfidiæ repletus (*Leovigildus*) in Catholicos perſecutione commota Leandrum Hiſp. & Maſſonam Emeritenſem ſanctiſſimos Epiſcopos, & alios plurimos exſilio relegauit. *Quid deinde?* Eccleſiæ redditus infiſcauit, & priuilegia earum abſtulit, multoſq; terroribus Arianæ peſtilentiæ applicauit, ple-

pleroſque ſine perſecutione auro rebuſq; decipit. Auſus quoque inter cetera hæreſis ſuæ contagia Catholicos rebaptizare. *& alia quæ longum eſſet recenſere. Eadem habet, ſuo more, Chronicon Hiſp. generale 2. part. cap.39. De relegatione Epiſcoporum eodem modo Iſidor. in Leovig.* Perfidiæ furore repletus in Catholicos perſecutione commota plurimos Epiſcoporum exſilio relegauit, & Eccleſiarum redditus & priuilegia tulit. *De aliis Gregorius Turon. V. c. 38. hiſt. Franc.* Magna eo anno in Hiſpania perſecutio fuit Chriſtianis, multi exſiliis damnati, facultatibus priuati, ac diuerſis ſuppliciis trucidati ſunt. *Conſentientibus Biclarenſi, Maximo, aliis.*

6 Equumque ferocem.] *Rem diſtinctiùs enarrant Morales, Marian. Padill.*

7 In nomine Domini edito vexillo Crucis.] *Sic appellat Crucem Ambr. de obitu Theodoſ.* vexillum diuinum; *ſic Eccleſia in hymn. ſic alij. De vſu ſignandi frontem Cruce antiquiſſimo ad quoſcumque actus Tertull 3. & 4. de Conn. mil. Cyrill. Hieroſolym. Catecheſi 13. omnes ferè PP. nam ex conſilio Hieronymi ad Euſtochium*, ad omnem actum, & ad omnem inceſſum manus pingat Crucem, *quidni ad pericula? Exemplis confirmat huic non abſimilis vir piiſſimus & doctiſſ. Alanus Copus dial. 4. à cap. 6. aduerſus Centuriatores.*

Digitized by Google

IN CAPVT XIII.

1 AD locum deſtinatum peruenit.] *Vbi hîc olim fuerit locus, fatentur ſe neſcire Moral. & Padill. M. Maximus ad ann.* IↃLXXXVI. *Complutum ſignatè dicit*, Maſſona, qui Compluti exſulabat, valdè dolet de morte S. Martyris & Principis (*Hermenegildi.*)

2 Nepopis nomine.] *Quem* Nepotianum *vocat Maxim. ad ann.* IↃLXXXI *vid.* 2 *ad cap.* 9 *notata.*

3 Vnum ſolidum.] *Hiſpanis* ſueldo, *cuius valorem ipſe Paullus non multò pòſt explicat, cùm ait ſagatum petiiſſe à femina* de ipſo, quòd fœnerabatur, ſaltē vel vnum tremiſſem redderet, &c. Quæ ſtatim vnum reddidit, duos autem ſecum iucundâ mente portauit. *Tribus itaque tremiſſibus ſolidus tunc conſtabat.* Sed video (*dicam verbis magni Marianæ, amici heu! olim mei inter primos primi cap.* 8 *de pond. & menſ.*) ſolidos (ſic noſtra coniectura eſt) eoſdem progreſſu temporis imminutos, eò ampliùs quòd minor copia argenti & auri erat, & imminuto tamen pondere retentis nominibus priſtinum valorem manſiſſe, vt ſolidus argenteus duodecim aſſes valeret, aureus duodecim denarios. Quod vulgò hodie retinetur, vt ſolidus, æreus quamuis fermè factus contineat denarios duodecim, vbicumque ſolidorum eſt vſus, in quo à marauedino differt, qui decem tantùm denarios valebat. Sed ſexta parte ſolidus æreum marauedinum æreum, argenteus ſolidus marauedinum argen-

genteum, aureus aureum ſuperare debuit. *Qui plura de noſtris ſolidis velit, adeat gentilis noſtri illuſtriſſ. Hiſpaniarum Senatus maximi Præſidis, à nullo vnquã ſine laude nominati D. Didaci de Couarruuias à Leiua eruditiſſimum lib. de Veterum collatione numiſm. cum iis, quæ hodie ſunt in vſu.*

4 Duos tremiſſes dediſti, ecce duo mill. ſolidos, &c. accepiſti; nam ſi tertium tremiſſem non abſtuliſſes, proculdubiò trecentos accepiſſes.] *Ex liberali nimirum certaque* CHRISTI *promiſſione Matth. 19. 29. & Marc. 10. 30.*

IN CAPVT XIV.

1 PRæfata glorioſa virgo iniurias ſerui ſui ſeueriſſima vindicauit vltione, &c.] *Non ſemel Eulalia Emeritenſis vrbis & Eccleſiæ tutelaris vtramque à tyrannide hoſtili liberauit. Iſidorus in Chron. Gothor. ad ann.* CCCCXCI. Theudoricus de Gallæcia in Luſitaniam victor ſuccedens, dum Emeritenſem vrbem deprædari moliretur, beatiſſimæ Eulaliæ Martyris terretur oſtentis: mox aduerſis ſibi nuntiis territus de Emerita egreſſus Gallias repetit, *&c. vid. Roderic. Tolet. II. cap. 9.*

2 Grauiori ſupplicio.] *Sic legendam reor, non* ne grauius de iudicio mulctaretur, *vt in exemplaribus legitur.*

3 Iuxta ſententiam Domini.] *Apud Matth. 6. 12.*

Digitized by Google

IN CAPVT XV.

1 IN ardore caumatis.] *καῦμα æſtus & Solis feruor eſt; amant eiuſcemodi vocibus ſcriptores ſæculi barbarici, quaſi gemmis, uti. Exemplis confirmare, otio & tempore abuti erit.*

IN CAPVT XVI.

1 REgnum ſimul cum vita infeliciter perdidit.] *Leovigildus; de cuius pœnitentia, & vera publicaque errorum abiuratione dubitant cum noſtro Scriptore & Gregorio Magno lib.3. Dial.cap.31. alij etiam noſtri. Pro illo tamen ſtant Gregorius alter Turonenſ.8. hiſt.Franc.cap.vlt. & M.Maxim.ad ann.*IↃLXXXV.*qui* eius pœnitentiam lacrymaſq; notauit, *vt de ſe ipſe fatetur.*

2 Poſt cuius crudeliſſ. mortem Reccaredus, &c. adminiſtrationem regni adeptus eſt: qui non patrem perfidum, ſed CHRISTVM ſecutus ab Ariana hæreſeos prauitate conuerſus eſt, totamque Wiſegothor. gentem mira prędicatione ad veram Fidem reduxit.] *Omnino hæc ex Gregorio Magno* 3. *Dial.cap.31. ſumpſit Paullus; nam hæc ille,* Poſt eius mortem Reccaredus Rex non patrem perfidum, ſed fratrem Martyrem ſecutus, ab Ariana prauitate conuerſus, totam quoque Wiſegothorum gentem ita ad veram perduxit Fidē, &c. *Vid. eumd. lib.1. epiſt. ad Leand. 41. & Roder. Tolet. 2. c.25. necnon ipſius Reccaredi allocutionem ad PP. Concilij Tol. III. & epiſt. CXXVI. lib.7. Regiſt. Gregor.*

Digitized by Google

Gregor. ad ipſum Reccaredum (*non* Necharedum, *vt in Pariſienſi editione ann.* ⅠↃⅠↃLXXXVI. *legitur*) *Reg. VViſegothor. &* 41. *lib.* 1. *&* 125. *lib.* 7. *ad D. Leandrum.*

3 Sanctam Trinitatem, coëternam vniuſq; virtutis & ſubſtantiæ prædicans, atque in perſonarum proprietate diſtinguens, in natura vnum Deum affirmans, Patrem ingenitum dicens, Filium ex Patre genitum adſtruens, Spiritum verò ſanctũ ex vtroque procedere credens, &c.] *Diſtinctè ipſe Reccaredus initio Concil. Tolet. III.* Quemadmodum per Scripturas ſacras ſeipſum intelligi (*Dominus Deus*) voluit & credi præcepit, id eſt, vt confiteamur eſſe Patrem, qui genuerit ex ſua ſubſtantia Filium ſibi coæqualem & coæternum; non tamẽ vt ipſe idem ſit natus & genitor; ſed perſonâ alius ſit Pater, qui genuit, alius ſit Filius, qui fuerit generatus; vnius tamen vterque ſubſtãtiæ diuinitate ſubſiſtat. Pater ex quo ſit Filius; ipſe verò ex nullo ſit alio; Filius qui habeat Patrem, ſed ſine initio, & ſine diminutione, in ea, qua Patri coæqualis & coæternus eſt, diuinitate ſubſiſtat. Spiritus æquè ſanctus confitendus à nobis & prædicandus eſt, à Patre & à Filio procedere, & cum Patre & Filio vnius eſſe ſubſtantiæ. Tertiam verò in Trinitate Spiritus ſancti eſſe perſonam, qui tamen communem habeat cum Patre & Filio diuinitatis eſſentiam. Hæc enim ſancta Trinitas vnus eſt Deus Pater & Filius & Spiritus ſanctus; cuius bonitate omnis licet bona ſit condita creatura, per

aſſumptam tamen à Filio humani habitus formam, à damnata progenie reformamur ad beatitudinem priſtinam. *Et poſt hanc veræ Fidei formulam addit*, Proinde anathematizo Arium cum omnibus dogmatibus & complicibus ſuis, qui vnigenitum Dei Filium à paterna degenerem aſſeuerat eſſe ſubſtantia; nec à Patre genitum, ſed ex nihilo dicebat eſſe creatum, *&c.* Amplector itaq; & teneo fidem Cl. Epiſc. Conſtantinopoli congregatorum, quæ Macedonium, Spiritus ſancti ſubſtãtiam minorantem, & à Patris & Filij vnitate & eſſentia ſegregantem, iugulo veritatis interemit. *Hæc de ſe ille. Adibis Scholaſticorum Coryphæum Gab. Vazquez tom.* 2. *in* 1. *part. à diſp.* 127. *ad* 171. *ſi ingenioſis, eruditis, & exquiſitis caperis.*

4 S. Maſſona Epiſc.] *Cui etiam M. Maximus filium Reccaredum commendatum à patre moriente tradidit, ad ann.* IↃLXXXVII. Rex morti proximus commendat in teſtamento ſuo ſe, regnum, & Reccaredum filium Maſſonæ, Leandro, Fulgentioque exſulibus, quos filio mandat ſuppliciter ſtatim ab exſilio reuocari.

IN CAPVT XVII.

1 IN quibuſdam ciuitatibus Comites à Rege conſtituti.] *Comites etiam Romanorum tempore prouinciarum & vrbium gubernatores appellari atteſtatur Tit.* Qui prouincias regunt *lib.* 11. *C. tit.* 14. *De VViſegothis, ipſorum legum Codex non ſemel* Ciuitatis Comitem *vocat*

cat arg.3.Tit;4 lib.17. qualis VValdricus Comes Toletanæ ciuitatis, *qui Concil.Tolet.III.ſubſcripſit; cuius moris veſtigia etiam apud Miſti-Arabes Mauris rerum potientibus remanſiſſe teſtis eſt* Seruandus Comes *apud Sampſonem Abbatem Cordubenſem eodemtempore præfat.lib.2.Apolog. Hinc initio tracta conſuetudo apud Reges noſtros Comites eligendi, quæ nimiùm iam excreuit, quæque notior eſt, quàm vt hîc repeti debeat.*

2 Contra famulum Dei Maſſ. Epiſc. fraudulenta conſilia.] *Rem accuratè narrant Moral. lib.12. cap.2. Padilla cent.6. cap.53. & Mariana lib.5. cap.14. mutuatis tamen à Paullo verbis.*

3 Wittericus.] *Sic ex nummis, quos habeo, lego: etiamſi in aliis* Witiricus *&* Victericus *diſtinctè, ſed corruptè legatur.*

4 Qui poſt etiam Rex Goth. fuit.] *Poſt Livvam Reccaredi filium*, quem in primo flore adoleſcentiæ Wittericus ſumpta tyrannide innocuum regno deiecit, præciſaque eius dexterâ occidit, *teſte Iſidoro ann.*IↃCXI.*Chron. Gothor.*

5 Ad Claudum V.Cl. Ducem Emeritenſis ciuitatis.] *Paullus Emilius in Chereberto de Longino,* qui Rauennæ more Gothorum ſedem ſibi legit, ſuum cuique vrbi magiſtratum dedit, qui Duces vocitabantur. *Nam apud Gothos inter præcipuos Palatinos Dux, ſic VVambæ tempore Paullus Dux Narbonenſis apud Tudenſem & Rudericum Epiſcop. & Reccaredi Claudius Emeritenſis vrbis apud noſtrum. Vid. quæ ad cap.19. dicam.*

Digitized by Google

6 Spatham.] *Quâ VVittericus, vt Comes, ex præſcripto LL. Gothicarum debebat eſſe inſtructus lib. 9. tit. 2. leg. vlt. VViſeg.* Dux, Comes, atque Gardingus, &c. ſcutis, ſpathis, ſeramis, lanceis, ſagittiſq; ſint inſtructi. *Sunt qui Latinam vocem putent apud Iſid.* 18. *Orig.* 6. eò quòd ſpatioſa ſit, *hoc eſt,* lata & ampla: *quâ vtuntur Vegetius lib. 2. cap. 15. & 3. cap. 14. Apuleius 1. & 10. mileſ. Spartian. Spartian. in Adrian. Claudius epiſtola ad Eborum apud Trebell. Pollion. alij. Hinc Hiſpani T. in D. commutato, & initio S. E. addito, noſtro more,* Eſpada *dicimus nunc; olimq; Iſidor. ibid.* Framea verò gladius ex vtraque parte acutus, quam vulgò ſpatam vocant.

7 Concinnationes ſui nequiſſimi conſilij.] *Sic in ſacris. Pſalm.* 49. 19. Lingua tua concinnabat dolos. *&* 57. 3. Iniuſtitias manus veſtræ concinnant. *Eſaiæ* 32. 7. Ipſe enim cogitationes concinnauit ad perdendum mites in ſermone mendaci.

IN CAPVT XVIII.

1 TVa ſanctitas.] *Compellatio ſacerdotibus propria etiam apud Ethnicos, teſte Plutarcho ad calcem lib. de defect. oracul. Vid. quæ ad Dextrum ipſo initio noto.*

2 Sunnonis Ariani.] *Quem Sunnam ſemper Paullus dicit. Annè hîc Sinonem ex Sunna de induſtria ſcriptor noſter confinxit, & ad illum, qui*

—— fidens animi, atque in vtrumque paratus
Seu verſare dolos, ſeu certè occumbere morti.

Apud diuinum vatem 2. operis æterni, Troiani imperij rui-

na

Digitized by Google

na fuit? An Sunnanis *legendum, Gothica declinatione, vt VVambanis, Egicanis, Chintilanis, Suintilanis, & id genus aliorum.*

3 Clementiſſ. Principe Reccaredo.] *Ob inſignem hanc Reccaredi regis in rebelles clementiam nummus aureus cuſus eſt cum ipſius effigie & nomine hiſce litteris* RECCAREDVS. EMERITA. PIVS. *vt putat Moral. lib.* 12. *cap.* 2.

4 Vacrila.] *De quo idem Moral. ibid. & Marian. lib.* 5. *cap.* 2.

5 Caballum.] *De hac voce plura olim pœnè pueri diximus ad Perſij liminare carmen, quæ ſuperuacaneum ſit repetere.*

5 Catholicam Fidem integram inuiolatamque, &c.] *Ad certiſſimam Athanaſiani Symboli amuſſim. Nam* ὅστις ἂν βούληται σωθῆναι, πρὸ πάντων χρὴ κρατεῖν τὴν καθολικὴν πίστιν, ἣ εἰ μὴ εἷς ἕκαστος σώαν καὶ ἀμώμητον τηρήσῃ, ἄνευ δισταγμοῦ, εἰς τὸν αἰῶνα ἀπολεῖται· *(ex accurata Eccleſiæ Catholicæ receptaque antiquitùs interpretatione.)* Quicumque vult ſaluus eſſe ante omnia opus eſt vt teneat Catholicam Fidem, quam niſi quis INTEGRAM INVIOLATAMque ſeruauerit, abſque dubio in æternum peribit. *Videbis eruditas piiſſimi ac doctiſſ. Guil. Genebrardi Not. ad calcem lib.* 3. *de SS. Trinit. quæ huc ſpectant.*

IN CAPVT XIX.

1 GRaniſta & Wildigernus.] *De vtroque Moral.* 12. *cap.* 1. *& Padill. cent.* 6. *cap.* 52. *ex fide Paulli, apud quem tantùm horum Comitum mentio.*

 2 Aria-

2 Ariano Epiſcopo nomine Athaloco.] *Gregor. Turon.IX.Franc.5.à quo multa de Reccaredo, & rebus illius tempore geſtis, habes*, Nuntios mittit ad prouinciam Narbonenſem, quibus narrantibus ea, quæ ille geſſerat, ſimili credulitate populus ille connecteretur. Erat enim tunc ſectæ Arianæ Epiſcopus Athalocus, qui ita per præpoſitiones vanas & interpretationes falſas ſcripturarum Eccleſias Dei conturbabat, vt putaretur quòd ipſe eſſet Arius, &c. *Errore nimirum & morte.*

3 Vel alij plures.] *Vt Sunna, Vldilas Epiſcopi, Goſiuntha regina, Sega Comes, & Argimundus Dux. Io. Biclarenſis in Chron.* Quidam ex Arianis, nempe Sunna Epiſcopus, & Sega cum quibuſdam tyrannidem aſſumere cupientes, deteguntur: Sunna exſilio mulctatur, Sega manibus amputatis in Gallæciam exſul relegatur. Vldila Epiſcopus cum Goſiuntha regina inſidiantes Reccaredo produntur, & Fidei Catholicæ communionem, quam ſub ſpecie Chriſtiana quaſi ſumebant, proieciſſe publicantur. Quo malo in cognitionem hominum deducto Vldila exſilio mulctatur; Goſiuntha Catholicis ſemper infeſta, tandem fato conceſſit. Quidam ex cubiculo eius & prouinciæ Dux, nomine Argimundus, tyrannidem affectans, aduerſus Regem conſpirat, ita vt eum, ſi poſſet, & regno priuaret & vitâ; ſed nefandi eius conſilij detecta machinatione comprehenſus, & vinculis ferreis conſtrictus, habita quæſtione,

ne,

Digitized by Google

ne, ſocij eius impia molimina confeſſi, dignâ ſunt vltione interfecti. Ipſe verò Argimundus, qui regno inhiabat, primùm verberibus cæſus, deinde turpiter decaluatus: poſt hæc dexterâ amputatâ, exemplum omnibus aſino inſidens Toleti dedit, ne famuli aduerſus dominos inſurgant. *Hæc ille eiuſdem temporis ſcriptor.*

4 Romphæali iudicio protinus de inimicis mirificam fecit vltionem.] *Exemplo fuit victoria illa, quâ* nullam in Hiſpaniis Gothorum vel maiorem vel ſimilem exſtitiſſe, *Iſidor. teſtis eſt in Chron. eius gentis. Nam auctore Io. Biclar.* Francorum exercitus à Gonteranno rege miſſus Duce Baſſone Galliam Narbonenſem inuaſit, & iuxta Carcaſſonam caſtra poſuit. Quos Claudius Luſitaniæ Dux à Reccaredo miſſus in fugam conuertit, &, dictu mirum, ſexaginta ferè hominum millia cum trecentis plus minùs militibus partim occidit, partim fugauit, diſpoliatis ipſorum caſtris. *Iſidor.* Francis cum ſexaginta ferè millibus armatorum copiis irruentibus, miſſo Claudio Duce aduerſus eos, glorioſo triumphauit euentu, &c. proſtrati ſunt & capti multa millia, reſidua pars exercitus in fugam verſa, Gothis poſt tergum inſequentibus vſque regni ſui finibus cæſa eſt. *Reccaredus hîc laudatur in Claudio, & Reccaredi auctoritate Claudij gloria tam longè lateque peruagata eſt, vt non ſolùm ab ſcriptoribus celebretur, ſed ab ipſo Pontifice Summo Gregorio Magno eximiis laudibus extollatur epiſtolâ, quam lib. 7. Re-*

giſt.

Digitized by Google

giſt.124.legimus, cum hac inſcriptione, Gregorius Claudio in Hiſpaniis de familiaritate(*an* familia?) Regis Gothorum. *Cui inter alia,* Quia vnguenti more bonorum flagrat opinio, veſtræ gloriæ de occidentibus partibus hucuſque odor tetendit. *Et poſt pauca,* Magna autem veſtræ laudis datur aſſertio, quòd excellenti Gothorum regi veſtra gloria ſedulò adhærere perhibetur: quia dum malis boni ſemper diſpliceant, bonos nos eſſe certum eſt, quia bono placuiſtis. Propterea debitum ſalutationis alloquium ſoluens, opto vos in his, quæ cœpiſtis exerceri, &c. *Frequens apud Scriptores noſtros de Claudio mentio. Concilio Toletano* LXXII. *Epiſcopor. Hiſpaniæ & Galliæ Narbonenſis ſubſcripſit* Claudius Comes Limitaneus & Dux *apud M. Maxim. ad ann.* IↃXC. *Eutrandus ſiue Luitprandus in Chronico, quod primò euulgauimus, Æra* IↃCXLVII. *illum cum filio celebrat* Flauius Claudius S. Maſſonæ Epiſcopi Emeritenſis ex ſorore & Claudij Emeritenſis Ducis, viri clariſſimi filius floret. *Plura habes apud Moral. lib.* 12. *c.* 5. *Vaſæum ad ann.* IↃLXXXIIX. *Marian. lib.* 5. *cap.* 14. *Padill. cent.* 6. *cap.* 64.

5 S. Maſſona Epiſc. cum omni plebe ſua Pſalmodiæ canticum exorſus.] *Nam cum Claudij Emeritenſis Ducis fortitudine hæc geſta eſſent, Emeritæ laudibus oportebat adnumerari; vnde in aureis Reccaredi nummis legimus,* RECCAREDVS. EMERITA. VICTOR; *etiamſi Toletum, imperij Gothici ſedes, illum triumphantem exceperit. M. Maxim. ad ann.* IↃLXXXVI. Reccaredum è Galliis redeuntem victo-

Digitized by Google

victorem Toletani gratanter excipiunt, læta victori comprecantes.

6 Myſticas laudes Domino cecinit, &c. cum plebe laudantes, hymnizanteſque.] *Crediderim laudes has illis non abſimiles, quas in Concil. Tolet. III. Patres Reccaredo accinunt:* Tunc adclamatum eſt in laudibus Dei, & in fauorem Principis ab vniuerſo clero. Gloria Deo P. F. & S. S. cui cura eſt pacem & vnitatem Eccleſiæ ſuæ ſanctæ Catholicæ prouidere, &c. Cui à Deo æternum meritum, niſi vero Catholico Reccaredo regi? Cui à Deo æterna corona niſi vero orthodoxo Reccaredo regi? Cui præſens gloria & æterna, niſi amatori Dei Reccaredo regi? Ipſe nouarum plebium in Eccleſia Catholica conquiſitor: ipſe mereatur veraciter Apoſtolicum meritum, qui Apoſtolicum impleuit officium, &c.

IN CAPVT XX.

1 Pverulis, qui ei fidele exhibebant ſeruitium, libertatis chartulas conſcriberet.] *Exſtat in Concil. Spalenſi I. Ær.* ↄↄcxxiix. *canon. de* Mancipiis ab Epiſcopis manumiſſis, *qui huc ſpectat: & qui Eccleſiæ ſerui, notum etiam ex Concil. Tolet. IX. cap.* 12.

2 Epiſcopium.] *Quod alibi* atrium *dicit: nam* ἐπισκοπεῖον *tabernaculum ipſum & ſtatio Epiſcopi eſt.*

3 Ad veſpertinum officium.] *Teſte Iſidor.* 6. *orig.* 19. Eſt in noctis initio, vocatum à ſtella veſpere, quæ ſurgit oriente nocte: *de cuius antiquitate & inſtitutione*

operæ pretium duxi me facturum, ſi lectorem admonuerim, vti adeat Notationes doctiſſ. ac piiſſimi viri amici noſtri D. Antonij Caraccioli ad cap. 1. Conſtit. Cleric. regul. religionis, quæ magno Reip. Chriſtianæ bono Hiſpaniam nouis incrementis incœpit iam beare, Coryphæo & Duce D. Placido Myrto Frangipane V. Cl. amico etiam noſtro, cui Hiſpania æternùm pro tam ſingulari beneficio erit obnoxia.

4 Deinde ſenex nimiùm ætate decrepitus, dierumq́; multorum vltimum inter verba orationis cum pace efflauit ſpiritum.] *Diem aſſignat M. Maximus ad an.* IↃCII. S. Maſſona Metropolitanus Emeritenſis moritur prima die Nouemb. vt ſanctus habetur, & in æde S. Eulaliæ ſepelitur. *Cuius laudibus non grauabor attexere epigramma è* MM-SS. *noſtris emendatum S. Ildephonſi Archiepiſc. Tolet. apud Iulianum Archipresbyterum eiuſdem Eccleſ. cum hac inſcriptione:*

Carmen pro S. Leandro & Maſſona Metropolitanis, hoc Emeritenſi, illo verò Hiſpalenſi.

LEander pater excellens, quem ſuſcipit æther
 Laudibus ornatum, conſpicuum titulis
Incus Arianæ gentis, medicator & idem
 Doctor Iſidori, quem generat Domino
TV QVOQVE TER FELIX MERITENSIS GLORIA GENTIS
 MASSONA conſilio, pectore, note Fide.
Ambo pares animis, pietate & laudibus ambo,
 Inq́; domo magni murus vterque Dei.
Viciſtis tolerando minas, animumq́; rebellem
 Regis,

Regis, eum ſceleris pœnituiſſe ferunt.
Vos ſoboli regis biforem reſeraſtis Olympum;
Per nos alter enim Martyr ad aſtra volat:
Alter & ad roſeas emergit luminis auras,
Et quà luce caret, tunc iubar eius habet.
Vos memorant genti Gothæ tribuiſſe ſalutem;
Linquit cùm inuiſum dogma, piumq́; tenet.
Vos meritò victrix laurus, ſequiturq́; perennis
Gloria, tot meritis debita magnificis.
Semper veſter honos, atque inclyta fama manebit,
Voſq́; canent populi, ſed magis aſtra canunt;
Eſtis enim æternâ præcincti tempora fronde
Inter Doctores ſplendidiore loco.

IN CAPVT XXI.

1 INnocentius.] *Qui decreto Gundemari regis Ær.* ɪↄcxlɪɪx. *ſic ſubſcripſit:* Ego Innocentius Emeritenſis prouinciæ Luſitaniæ Metropolitanus Epiſcopus, dum in vrbem Toletanam pro occurſu regio aduenissem, agnitis iis conſtitutionibus aſſenſum præbui & ſubſcripſi. *Plura de eo Moral. lib.* 12. *c.* 22. *& Padill. cent.* 7. *cap.* 17.

2 Renouatus.] *De quo vid. quæ ad cap.* 2. *notabamus.*

3 In vna eademq́; cellula, &c.] *Patrum (vt creditur) horum Emeritenſium ſanctitate illuſtrium corpora, quæ vnà quieſcebant non longè ab altari B. V. Eulaliæ ſacro, inuenta fuerunt Regum Catholicorum tempore, vt non ſemel teſtatur Moral. lib. & cap.* 10. *& lib.* 12. *cap.* 22.

Digitized by Google

Ex hoc libelli fine, vitæ etiam Pauli finis eliciendus indubiè eſt. In Renouato quieſcente Paullus quieſcit. Renouato, cùm per plurimos annos irreprehenſibiliter rexiſſet Eccleſiam, *teſte ipſo Paullo, ſucceſſit ille, qui in Concilio Toletano IV.* Stephanus Eccleſiæ Emeritenſis Metropolitanus Epiſcopus ſubſcripſit. *Concilium habitum eſt Ær.* IↃLXXI *regnante Siſenando. Paullum circa hæc tempora obiiſſe non difficulter comprobauimus, ſi Renouatum iam mortui mentionem ab illo factam animaduerterimus. Viuebat itaque viuente Stephano Renouati ſucceſſore, cuius fortaſſe non meminit, quia viuebat. Stephanum Paullo ſupervixiſſe etiam palàm eſt, cùm ſcriptionem ſuam Paullus Renouati morte (vt notum eſt) clauſerit, aliter facturus, ſi Stephanus in viuis adhuc non eſſet. Sed de iis adi Franciſc. Padill. cent. 7. hiſt. Eccleſ. Hiſp. cap. 17.*

ΑΠΟ-

Digitized by Google

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ
DE
REBVS EMERITENSIBVS
EX
HISPANIA ANTIQVA
D. THOMÆ TAMAIO
DE VARGAS
HISTORIOGRAPHI REGII.

Digitized by Google

Ex antiqua Inſcriptione

FAMA. MANET. FORTVNA. PERIT. CINIS. IPSE IACENTIS.
VISITVR. ET. TVMVLO. EST. NVNC. QVOQVE. SACRA. SVO.

EXIGVA. INGENTIS. RETINET. VESTIGIA. FAMÆ.
ET. MAGNVM. INFELIX. NIL. NISI. NOMEN. HABET.

ILLV-

Digitized by Google

ILLVSTR.MO DOMINO D. FREDENANDO DE VERA ET VARGAS ARCHIEPISCOPO S. DOMINICI EPISCOPO CVZCENSI CATHOLICI REGIS CONSILIARIO.

ANTIQVÆ EMERITÆ *laudes, cui potiùs conſecrandæ dicandæq́ erant* A ME L.M. *quàm* TIBI, *Illuſtriſſ. Præſul, qui illius optima & clariſſima laus olim beneuolētiâ fuiſti, æternùm famâ eris; illâ, cùm in ipſo ætatis flore princeps ipſius Senatus Vexillifer Emeritam fueris tutatus; hac, cùm tuorum tot meritorum gloriâ Emeritenſe nomen vbique celebretur? Tibi, inquam, quem ob vnum magnæ illius vrbis poteſt ſi non extingui, certè deſiderium remitti. Nam ſi antiquitatem & originis præſtantiam in illa veneramur; vtriuſque in te contemplamur imaginem, cùm ab*

ipſis

Digitized by Google

ipſis Impp. Romanis, quibus VERI *cognomen obtigit, & ab Heroë illo noſtro* GARSIA PEREZ DE VARGAS *tot illuſtrium in Hiſpania familiarum auctore, trahas ſtemmatum vetuſtatem & generis claritudinem. Si priſcorum monumentorum ruinam in illa dolemus; in tuo illa doctrinarum omnium capaciſſimo pectore reuixiſſe, in tua perduraſſe mente rerum omnium ad miraculum fœcũdiſsima cognoſcemus. Si Antiſtites pietate, Duces belli ſollertia, ſcriptores eruditione, & viros alios animi magnitudine præſtantes Emerita poteſt iactare; te etiam iactet neceſſe eſt, cuius religionem tam occidui quàm Eoi orbis Eccleſiæ prædicant; cuius*

—— ingenium & rerum prudentia velox
ante pilos ——

non probata ſolùm ipſis Emeritenſibus, quorum tu aliquando

—— pars magna Senatus,

fuit, ſed etiam maritimæ Compoſtellani tractus oræ, vbi conſilium tuum,

—— animuſque viciſſim
Aut curã impendit populis, aut otia Muſis.

Cuius doctrina ita ſupra omnes omnibus nota eſt, vt nihil in vniuerſo encyclopædiæ regno Muſarum

ſub

Digitized by Google

ſub manu ac ditione ſit; quod tibi non item pareat communi conſenſu eruditorum; quos tanto honore & amore proſequeris, vt effuſis omnibus affectus & humanitatis copiis quem cuiuſcumque eruditionis nota inſignierit, vltrò quæras, perurbanè excipias, nunquam ſine honeſto miræ liberalitatis congiario, tuæ beneuolentiæ pignore dimittas. Rarum & inuidendum aliis tui Ordinis Proceribus exemplum, Te, etiam cùm minùs poſſes, in litteratos, ſubſequente animum euentu, omnia poſſe. Denique (vt cuncta generoſi pectoris tui decora verbo comprehendam) is es,

Qui excelſum generis nomen virtutibus æquas;
Nec ſinis ingenium nobilitate premi.

Verùm vt hæc TIBI *meritò debita,* FREDENANDE *Clariſſ. & Amiciſſ.* A ME *præſertim ſunt; in quem tot tua ſingillatim merita exſtant, vt omnem certè frontem attriuiſſe opportunè cenſerer, ſi illa ſitu quodam improbæ obliuionis paterer obſoleſcere, nec quocumque grati animi libamento genij tui humanitatem propitiarem. Itaque cùm tantis nominibus Tibi me obſtrictum ſentiam, vt paria facere nequaquam poſſim, illud ſaltem omni contentione enitendum puto, ne in tanto ære conturbaſſe, &*

Digitized by Google

gratitudinis ſolum vertiſſe videar, gratamq́ tot beneficiorum memoriam, dum officiorum (Deus breuî conceſsit) meditamur redhoſtimentum, æqui boniq́ conſulas etiam atque etiam velim.

Interim Deum immortalem veneror, qui Te Tuis, Patriæ, Amicis, nobis incolumem breuî reddat, & quem Reip. cauſsâ abeuntem incredibili dolore ſumus proſecuti; redeuntem, vt debitis in illa honoribus fungaris, pari lætitiâ excipiamus.

ΑΠΟ-

Digitized by Google

ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΟΝ
DE REBVS EMERITENSIBVS.

ERVDITIS & Antiquitatis ſtudioſis aliquod operæpretium me facturum ſum arbitratus, ſi PAVLLVM, qui res Emeritenſes ante CIↃ. annos litteris conſignauit, illuſtraturus, nonnulla, quæ ad EMERITÆ Vrbis & Eccleſiæ antiquitatem & præſtantiam ſpectent, hîc quaſi in tabella, ſtudioſo breuitatis compendio, nullo veritatis diſpendio, nec obuia, nec inutilia ex *Hiſpania antiqua*, quam ærumnabili labore ex antiquis paro, repræſentem.

EMERITÆ ipſi, qui condendæ occaſionem præbuerunt, nomen etiam indiderunt. Dio lib. 53. cùm retuliſſet Auguſtum in Hiſpaniam veniſſe Cantabris rebellãtibus & Aſturibus, & aduerſus illos Antiſtium Ducẽ, cùm in morbũ Tarracone incidiſſet, ſtatim miſiſſe, ſubdit, παυσαμένου δὲ τοῦ πολέμου τούτου, ὁ Αὔγουστος τοὺς μὲν ἀφηλικεστέρους τῶν στρατιωτῶν ἀφῆκε, καὶ πόλιν αὐτοῖς ἐν Λυσιτανίᾳ τὴν Αὔγουσταν Ἡμερίταν καλουμένην κτίσαι ἔδωκε *Finito hoc bello Auguſtus emeritos milites exauctorauit, vrbemq; eos in Luſitania Auguſtam Emeritam nomine, condere iuſſit.* * Anno nimirum poſt Romam conditam IↃCCXXIIX. ante CHRISTVM natum tertio & viceſimo Auguſto Cæſare nonùm Conſule cum M. Silano.

Ex eo Iſidorus noſter lib. 15. orig. c. 1. * *Emeritam Cæſar auguſtus ædificauit, poſtquàm Luſitaniam & quaſdam Oceani*

EMERITÆ *vrbis conditus, origo.*

* *Eadem Io Gerundẽſis Epiſc. cap. 20.* [illegible] *Hiſpania, ſed ſuo more multa interſerens non vera.*

* *Ex veriſſima magni*

Oceani inſulas cœpit, dans ei nomen ab eo quòd illi milites veteranos conſtituiſſet. Nam emeriti dicuntur veterani, ſolutique militia. Vtrumque verum, nam teſte Suida, βετερανὸς παρὰ ῥωμαίοις ὁ ἀπολυθεὶς τῆς στρατείας. *Veteranus Romanus dicitur, qui ſolutus eſt militia.* Quò recidunt Gloſſæ veteres, in quibus *emeritus* ἀπολειτουργήσας ἢ ἀποστρατευσάμενος, nec non ἔντιμος κατὰ στρατιωτικοὺς καμάτους: ex more nimirum militiæ Romanæ, in qua & *præmio* & *emerito* donabantur veterani. Præmium pecuniæ, emeritum agrorum largitione cenſebatur. De *præmio* Tacit. 1. Ann. in ſeditioſa illa Percennij Oratione; *Sextus decimus ſtipendij annus fines adferret; ne vltra ſub vexillis tenerentur, ſed iiſdem in caſtris præmium pecunia ſolueretur.* De *emerito* Modeſtinus I.C. L. III. D. de re mil. *Veteranus emerita accipiet, &c. emerito priuatur*, Hygenus Aug. lib. de limit. conſtit. *Erat tunc præmium terra & pro emerito habebatur.* De vtroque Arius Menander I.C. L. v. §. fin. D. eod. tit. *Veteranus & præmia & emeritum capiet;* nempe *veterum iuſtæ militiæ commoda*, vt appellat Sueton. in Vitell. cap. 15. Nam Emeritus emerito & præmio fruebatur, & vt commodiùs viueret

Feſſus in acceptos miles deducitur agros,

vt ait Ouid. 2. Amor. eleg. 9. vnde votum Cæſaris apud Lucanum noſtrum, ingentis ſpiritus vatem ad milites 7. Pharſal.

Hæc eſt illa dies ——

—— Quæ pignora, quæque penates

viri Ant. Auguſtini ſupputatione Dial. 9. de Numm. quam videtur ſecutus Io. Mariana lib. 3. de rebus Hiſp. c. 25. & G. Genebrardus l. 2. Chron. Iac. verò Salianus to. 6. Ann. anno ante Chriſtum XXIV. *hoc eſt, mundi* CIↃ.CIↃ. CIↃ.CIↃ. XXIX. *datã Emeritam militibus emeritis ab Aug. ait, ſed illius conſtructionẽ ſequẽti anno à Dione aſſignari:* XXIII. *nẽpe ante Chriſtum natũ.*

Red-

Reddat, & emerito faciat vos Marte colonos.

Diſtinctiùs 1.

Quæ ſedes erit emeritis, quæ rura dabuntur,
Quæ noſter veteranus aret? Quæ mœnia feſſis?

Sic Auguſtus apud Sueton. 13. *Veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agris collocandos cenſuit.* Non abſimiliter in Hiſpania agros veteranis & emeritis dedit. Signanter numiſma antiquum apud A. Occonem inter Hiſpan. inſcriptiones, fol. 20. 3. EMERIDA AVGVSTA VETERANORVM DOMICILIVM; ex iis illis nomen. *Emerita* Antonino, ſed vnà cum ſuo, nam Ptolemæo & Straboni Αὐγοῦστα ἠμέριτα, Plinio & Melæ *Auguſta Emerita.* Vtrumque in nummis, nam in aliis effigiem Auguſti circumdant litteræ IMP. CÆSAR. AVGVST. & in medio ædificij * murorum portarumq; EMERITA. Nec non ex vna parte facies cum litteris PERMISSV. CÆSARIS. AVG. & in auerſa iugum boum ponè ſequente colono cum ſcutica, & inferiùs *EMERITA*, in aliis verò ad effigiem *CÆSAR. AVGVSTVS. PONT. MAX. IMP.* & circa muros & portas, *AVGVSTA. EMERITA. COL.* Nec aliter in nummo Tiberij huic ſimillimo, hinc TI. CÆSAR. AVGVSTVS. PONT. MAX. IMP. illinc AVGVSTA. EMERITA. Sic in lapidibus, quos ſuo loco ſubiiciam. Hoc ergo nomine coloniam deductã eſſe ex iis nummis conſtat, & aliis apud Goltzium in Theſ. Prudẽtius diſtinctiùs,

Nomina.

* *Inſignia, quibus Emerita hodie vtitur, antiquiſsimas nummorũ formas videntur repræſentare, cũ mœnibus & portis ſint ornata. Illa habes diſcurſ. 24. de Nobilit. apud Barnabam Moral. de Vargas Emeritenſ.*

Nunc locus Emerita eſt ——
Clara colonia Vettoniæ.

Colonia.

Digitized by Google

Plinius 4. cap.13.

Coloniæ, Auguſta Emerita.

Cuius deducendæ conſtituendæque curam P. Cariſio Legato pro-Prætori demandatá indicio nummi ſunt, ex altera parte Auguſti, ex altera Cariſij & Emeritæ nominibus expreſſis, nimirum IMP. CÆSAR. AVGVST. EMERITA. P. CARISIVS. LEG. PR. PR. Habes veram Emeritę conditæ, & inditi illi nominis cauſſam vtriuſque non ſolùm honorificam, ſed etiam ſatis antiquam. Sunt qui antiquiorem velint & aliunde petitam; vt Tariphius Abentaquirius Arabs à Michaële de Luna ex Arabico editus (annè, vt multis placet, fictus?) part. 2. excidij Hiſpan. vbi Emeritam perplexo verborum malè cohærentium ambitu deſcribit, à Sem Tophailo Iapheti filio, Noachi nepote erectam vrbem MORAT, quæ Chaldaicè oppidum maximi capitis ſonat, quam poſteà Chriſtiani in MERIDAM corruperunt, inutiliter comminiſcitur; vt Didacus de Valera, qui cap. 2. part. 2. hiſt. Hiſp. ab Hercule victo Gerione conditam, & Franc. Tarapha, qui vel à *Myrmidonibus* exſtructam & nominatam, vel in Herculis memoriam tamquam *Memoridám* dictam ſuo more ſolens ſomniat. Verùm hæc vigilantium ſomnia & nugæ nugaciſſimæ, quas prudens præteriiſſem, niſi veris rerum magnarum argumentis ſemper fabulas ſolitas inſeruire in ipſius magnitudinis teſtimonium non ignorauerim. Redeo iterum Emeritam. Quæ apud

Vera antiquitas, exploſis nugis.

**Non abſimiliter Petrus de Medina lib. 2. rer. Hiſp. c. 67. nugatur, ſed Florianus Ocampius l. 1. cap. 14. Chron. Hiſpan. & Didacus Perez de Meſa Notis ad Pet. de Medina, & Lud. Non. c. 31. Hiſp. quid de iis ſentiendū ſit, eruditè demōſtrāt.*

quas

quas in Hiſpania gentes, ſi ſcriptorum veterum varietatem ſpectemus, ſita fuerit, nondum liquet. Ptolemæus lib. 2. cap. 5. inter *Celticorum* vrbes collocat. Strabo lib. 3. in *Turdulis*. Hygenus Aug. lib. in *Bæturia*. Prudentius in *Vettonia*; nemine tamen diſſentiente, nam temporum mutatione prouinciæ ſunt ſæpenumerò mutatæ. Quæ *cauſſa* (teſte Plinio cap. 1. lib. 3.) *magnos errores computationi menſuræ ſæpiùs parit, alibi mutato prouinciarum modo, alibi itinerum auctis & diminutis paſſibus; incubuere maria tam longo æuo, alibi preßere littora, torſere ſe & fluminum, aut correxere flexus*. Proinde *non erit mirum* (notante Cl. amico noſtro, & de Hiſpania optimè, ſi quis alius, merito Lud. Nonio cap. 31. Hiſp.) *Strabonis tempeſtate, qui ſub Tiberio Cæſare floruit, Turdulos viribus opibuſque claruiſſe; Prudentij verò æuo, qui ſub Theodoſio, Arcadio & Honorio viguit, Vettones ſuperiores fuiſſe, partemque Turdulorum agri occupaſſe, atque ita* EMERITAM *inter Vettones annumeratã, cùm priùs inter Turdulos eſſet*. De Bæturia apud Hygenum facilis enodatio ex Plinio lib. 3. cap. 1. *Quæ regio à Bæti ad fl. Anam tendit extra prædicta Bæturia appellatur in duas diuiſa partes totidemque gentes; Celticos, qui Luſitaniam attingunt, Hiſpalenſis conuentus: Turdulos, qui Luſitaniam & Tarraconem accolunt, iura Cordubam petunt*. His coniungit Vettones lib. 4. cap. 22. *Ab Ana, quo Luſitaniam à Bætica diſcreuimus*, CCXXVI. M. *paſſ. A Gadibus* CII. M. P. *additis. Gentes, Celtici, Turduli* (ſic in MM-SS. antiquis, non *Varduli*) *& circa Tagum Vetto-*

In ſitu diſſenſus.

Conſenſus.

Vettones. Vnde in lapidibus non ſemel vnà leguntur. Emeritæ

P. ÆNOVITALVS
AVG. LIB. TABVL.
PROVINCIÆ. LVSITANIÆ
ET. VETTONIÆ.

Hiſpali

M. CALPVRNIO. M. F.
PROC. PROVINCIÆ
LVSITANIÆ. ET. VETTONIÆ.

& alibi alij, qui Prudentio Vettoniæ Emeritam tribuenti ſeruient elucidando; etiamſi Emeritenſes à Vettonibus videatur diſtinguere lapis alius in pago Oliua ex ruinis Capparenſibus


L. PVBLICIO. L. F. PAP. THIAMVS. EMERIT.
ANN. XXVII. N.S.E.S.. T.T.L. CÆCILIVS. VETTO
SODALI. CIPPVM
D. S. P.

Honores attributi varij, vt plura iugera aſſignata.

Cunctis honoribus à Romanis auctam ſemper Emeritam fuiſſe ipſi in illam collati honores teſtantur. Vt commodiùs Colonia deduceretur liberali largitione ab Auguſto iugera Emeritenſibus plura aſſignantur. Hygenus diſtinctiſſimè de limit. conſtit. fol. 164. edit. Rigaltianæ; *Modum autem Centurij quidam ſecundùm agri amplitudinem deducunt. In Italia triumuiri iugerum quinquagenûm, alicubi ducenûm. Cremonæ iugera* CCX. *D. Auguſtus in Bæturiæ Emerita iugera* CCCC. *Quibus diuiſionibus Decumani habent longitudinis actus* XL. K. *actus* XX. *Decu. eſt in Oriente. Quibuſdam deinde coloniis perticæ fines, hoc eſt primæ aſſignationes aliis limi-*

Digitized by Google

aliis limitibus, aliis præfecturæ continentur. In Emeritenſium



finibus aliquæ ſunt præfecturæ, quarum decimani æquè in Orientem diriguntur, cardines in Meridianum. Iugeribus tot aſſignatis colonia Latina fuit, hoc eſt iuris Italici priuilegiis gaudens. Paullus I.C. lib. 2. de cenſ. l. vlt. D. eod. tit. *In Luſitania Pacenſes & Emeritenſes iuris Italici ſunt.* Conuentus etiam Luſitaniæ fuit. Plin. 4. c. 22. de Luſitanis, *Vniuerſa prouincia diuiditur in Conuentus tres, Emeritenſem, Pacenſem, Scallabitanum.* Addo totius generis ritus Emeritæ florere cùm Flaminicam, hoc eſt, Flaminis Dialis (teſtibus Feſto & Agellio 10. cap. 15.) vxorem, Emeritenſem celebrent ipſi lapides. Super * Exarramam fl. duobus millibus infra Tenanum oppidum Luſitaniæ

Priuilegium iuris Italici conceſſum.

Cõuent. Luſitaniæ.

* *Exornat hunc lapidem arbor incognita ex vno latere, ex altero Aquila expanſis alis quaſi ſubuolaturæ, triſulcũ fulmen in vnguibus tenens.*

IOVI. O. M.
FLAVIA. L. F RVFINA
EMERITENSIS. FLA-
MINICA. PROVINC
LVSITANIÆ. ITEM. COL
EMERITENSIS. PERPET
ET. MVNICIPI. SALACIEN.
D. D.

Sacrorũ vſus.

Digitized by Google

Emeritæ etiam laudibus attribuendum eſt, ad eam vſque viam ſterni iuſſam à Coſs. tempore Auguſti. Lapis vetus Capparæ,

Ad eam vſq; vias vanas à Coſs. ſtratas.

T. VICTVRIO. ET. C. SEMPRONIO. COSS. POPVLIS PROVINCIÆ. ARENAT. OB. SVPERIORVM. TEMPORVM. BELLA. AD. SVMMAM. INOPIAM. REDACTIS. IMMVNITAS. DATA. EST. QVOAD. QVIDQVID. TERRARVM. AD. EMERITAM. VSQVE. AVGVSTAM. INTERIACET. LAPIDIBVS. STERNERETVR. CENSVERE. SIQVIDEM. E. MAIESTATE. AVGVSTI. DIVI. F. AC. S. P. Q. R. DIGNITATE. ET. AMPLITVDINE. HOC. ESSE. VT. PROVINCIÆ. PORRO. AB. ITALIA. CONSTITVTÆ. QVÆ. DE. REPVBLICA. RO. BENE. MERITÆ. ESSENT. IN. MELIOREM. CVLTVM. REDVCERENTVR. ITAQVE. TITO. MVRTIO. PROVINCIÆ. HISP. CITERIORIS. PRÆTORI. DEMANDATVM. EST. VT. CCCCX. PONDO. ARGENTI. E. PVBLICIS. POPVLI. RO. EMOLVMENTIS. QVÆ. PRÆTERITIS. TEMPOR. QVÆSTORES. RECEPISSENT. PROVINCIAM. SVBLEVARET. ET. PONDO. E. PROVINCIALIBVS. QVÆ. AD. PHILIPPOS. QVÆ. AD. ACTIACVM. SVPERERANT. AVT. QVÆ. IN. ÆRARIVM. NONDVM. RELATA. FVERANT. CLX.

Vti etiam ad hanc è Cappara Veſpaſian. lap. Emeritenſis ex Suritæ & Scothi ſchedis

IMP. CÆS. VESPASIANVS
AVG. PONT. MAX. TRIB. P. II.
IMP. VII. COS. III. DESIG. IIII
P. P. VIAM. A. CAPPARA. VRBE
AD. EMERITAM. VSQ. AVG
IMP. SVA. RESTITV
LXXIII.

Familiarum adiectione auctam.

Emeritam prætereà adiectione familiarum auxit Ottho Imp. Tacit. I. hiſtor. *Eadem largitione ciuitatum quoque ac prouinciarum animos aggreſſus, Hiſpalenſibus & Emeritenſibus familiarum adiectiones,* Luſonibus vniuer-*

**Ita veriſſimè emendante Cl. I. Lipſio.*

ſis

ſis ciuitatem Rom. prouinciæ Bæticæ Maurorum ciuitates dono dedit. Et meritò, nam non ſolùm inter *vrbium in Mediterraneis clariſſimas in Luſitania Emerita*, numeratur à P. Mela cap. 6. lib. 1. ſed

Clariſſ. vrb. Luſitan.

Luſitanorum caput oppidorum
Vrbs ——

Luſitan. caput.

à Prudentio dicitur. Parum. Auſonius in ord. nobil. vrbium VIII hoc titulo, DE EMERITA.

Iure mihi poſt has memorabere nomen Iberum
EMERITA; æquoreus quam præterlabitur amnis;
Submittit cui tota ſuos Hiſpania faſces.
Corduba non, non arce potens tibi Tarraco certant,
Quæque ſinu pelagi iactat ſe Bracara diues.

Vrbium ferè maxima.

Quod fruſtra Hiſpali conantur attribuere E. Vinetus Comm. ad Auſon. & P. Merula cap. 24. part. 2. lib 2. Coſm. quòd in aliquot Codd. reperiatur, & quòd Hiſpali Iberum Hiſpanumque ſit nomen, Emerita autem Latinum. Quaſi verò Hiſpalis originem Latinam neſciat. Iſidorus 15. orig. 1. *Hiſpalis à ſitu cognominata eſt, eò quòd in ſolo paluſtri ſuffixis in profundo palis collocata ſit:* quam etiam etymologiam reſpexit Raſis, cùm ait: *Quando Hercoles poblò à Seuilla, fundola ſobre madera è puſola nombre de iſla de* * *palos.* Et quare Hiſpalis aut Hiſpal Hiſpanum ſit nomen, non video. Phœnicium aut Punicum potiùs non malè argutabatur vir magnus B. Arias Montanus. Nec etiam video quare hoc argumentum validiſſimum putet V. Cl. Merula, cùm non ſolùm fragile ſit,

Repugnante, vt nonnullis placet, Hiſpali.

Ab ipſis vindicata, & Hiſpali ſuperior.

* *Sic etiam Roder. Toletan. lib. 1. cap. 5. de Hiſpali, eò* quòd pri-

Digitized by Google

ſit, ſed etiam vanum. Aſtipulatores tamen inuenit alios, ſed Bæticos, qui Ioſ. Scaligerum oſcitantiæ notant, quòd 1. Auſon. lect. 23. & lib. 2. cap. 30. vulgatam Auſonij lectionem eruditè tueatur. Scio Bætim ab antiquis meritò celebrari & nauigabili commercio diuitem; ſed non ignoro ab iiſdem Hiſpalim ſiue Spalim Bæti fl. præcipuè non deſignari, vt Emeritam Ana. De qua Plinius 4. cap. 13. *Auguſta Emerita, Anæ fl. appoſita.* Prudens de eadem,

ma habitacula palis ſuppoſitis regimen ſuſceperunt. Ob Anæ fl. magnitudinem quo præcipuè Emerita deſignatur.

Quàm memorabilis amnis Anas
Præterit. ——

Quem Paulus Emeritenſis noſter expreſſit cap. 2. *Memorabilis amnis Anas nimiùm excreſcens.* Sic ab Auſon. hîc

Emerita, æquoreus, quam præterlabitur amnis,

Et epiſtola ad Paullinum,

Emeritæque amnes ——

* *Subſcribunt Emeritenſi laudi D. Rodericus à Cunha Bracarenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Primas, ingens Hiſpaniæ ornamentum, ſingulare Præſulum omniũ exemplar, cuius eruditio*

*Addo notiorem hinc Emeritam & Anan Auſonio fuiſſe, cùm vtriuſque bis meminerit, quàm Hiſpalim & Bætin, quorum nunquam. Itaque magis hæc ex familiariori Auſonij cognitione, quàm ex alia ratione penſanda. Bætis (non nego) æquoreus ſit, nam *Oceani naturam erga fluxum refluxumque declarat,* teſte Philoſtrato in Apollon. 5. cap. 2.

Et celebre Oceano atque alternis æſtibus Hiſpal,

Silio noſtro Punic. 3. Quid ergo? annè non æquoreus Anas, cuius magnitudinem omnium ſæculorum monumentis conteſtatam noſcimus? *Bætis*

(Plinio

(Plinio auctore 3. cap. 1.) *modicus primò, ſed multorum fluminum capax, quibus ipſe famam, aquaſque aufert.* Vnde immeritò reprehēſus à Criticis Iſidorus noſter, cui 13. orig. 21. *Bætis dictus, eò quòd humili ſolo decurrat; βαθὺ enim Græcè humile vel merſum vocant.* Anas verò *ortus Laminitano agro citerioris Hiſp. & modò ſe in ſtagna fundens, modò in anguſtias ſorbens, aut in totum cuniculis condens, & ſæpiùs naſci gaudens, in Atlanticum Oceanum effunditur,* ingenti nempe ſemper, ac vbique alueo. Quid argilius? Strabo initio lib. 3. cùm de Turditanis ageret, & Anam Bætimq; coniunxiſſet, Bætim Ana inferiorem proponit: *Hæc autem plaga* (Turditanorum) *inter Anam ad ortum quidem vſque ad Oretaniam protenditur. A meridie verò ab eius eruptione vſque ad Anæ maritimum tractum, & vſque ad columnas, &c. In quam maritimæ partem & Bætis & Anas erumpunt, hinc nouiſſima Mauritaniæ plaga inter Atlanticum incidens pelagus, fretum ad Columnas efficit, quo extraneum cum mediterraneo mari iungitur.* Et paullò antè, *Auſtralis* (Hiſpaniæ) *lateris initium ad alium vſque flumen Anam & eius egreſſum. Ab orientalibus verò partibus vterque defertur. Alter quidem retrò in occaſum curſu elabitur altero longè maior. Verùm Anas ſeſe flectit in Auſtrum, mediam inter amnes regionem diſterminans, quam Celtæ maiori ex parte incolunt, & Luſitanorum plerique, quos ex vlteriori Tagi regione in coloniam Romani traduxere. In ſuperioribus autem partibus Carpetani, Crettanique & Vettonum frequentes habitant,* &c. & tandem, *Hic eſt quem flumen*

nobilitatē, quæ prima inter Luſitanos eſt, æquat, cùm tamen nobilitas ab humanitate ſuperetur. Tot in illo Heroë præſtantiſſimæ dotes. Cap. 11. Tract. de Primatu Bracarenſ. Eccleſ. nec non V. Cl. Lud. Nonius c. 31. Hiſpan. vt minorum gentium ſcriptores omittam.

Bætis alluit iiſdem in locis naſcens, ex quibus Anas & Tagus mediæ inter vtrumque magnitudinis exiſtens ab ſui primordio, ſicut Anas in Occaſum fluitans, inde in Auſtrum deflectens, in idem littus excurrit.

Ob ipſius etiã vrbis amplitudinẽ.

Hæc ex fluuiis, ex vrbibus etiam deducenda coniectura eſt. Magna olim & celebris Hiſpalis, ſed non magnitudine & celebritate inferior Emerita. De illa non in *Hiſpania* ſolùm *antiqua*, ſed Notis ad Feſti Auieni noſtri *oram maritimam* præcipua dixi. De hac nunc, tantam olim fuiſſe, vt cum * *Corduba, Tarracone* & *Barcinone* vix vellet certare, vt Auſonius ſcribit. Et certè ea magnitudine vrbs hæc quondam fuit, vt fabulis, rerum omnium fide maiorum ritu, non apud Arabes, ſed etiam apud Scriptores noſtros, locum præbuerit. Quibus ſi credendum impunè eſſet, mœnia trium ferè leucarum ambitu circumdata, decem & ſeptem cubitis lata, & quadraginta quinque alta: CIↃ. IↃ. turribus diſtincta, XLIV. præter maximam portis patens. Quam quidem amplitudinem ciuium bellatorum numerus adimplebat. Ex illius fama Hiſpanum illud decantatiſſimum,

MERIDA, que en las Eſpañas
Otro tiempo fuiſte Roma.

olim apud poſteros emanauit. Vnde non immeritò Ioſ. Moletius inſignis ſui temporis Mathematicus cùm Ptolemæum illuſtraret lib. 2. cap. 5. ait, *Augusta Emerita, Merida vulgò, olim altera Roma:* nam cùm ea

* *Mariana 3. de reb. Hiſp. c. 25. accuratè vt ſolet, de Emerita.*

Colonia conſtituta Aug. Emer. nomine, præterfluente Ana fl. in paucis nobiliſſimo. Quæ ciuitas priſcis temporibus frequentia, amplitudine, copiis auctoritate tum ciuili, tum ſacra cum præcipuis Hiſp. vrbibus de principatu certabat. Luſitaniæ caput, vnde & MAGNÆ Emeritæ nomen tulit. *Eodẽ modo Steph. Gardinius lib. 6. comp. Hiſt. c. 27.*

ea quæ digna, quæ cum Romana magnitudine comparanda cenſebatur, alię Roma inferiores inutiliter certarent: potiùs

Submittit cui tota ſuos Hiſpania faſces.

Hinc Emerita Romæ & Romanis ne videretur ingrata, quantum maximè potuit non ſolùm ad vrbis, ſed ad ciuium exemplum ſeſe totam ſermone, veſte, & moribus compoſuit. Strabo 3. de Turditanis: *Planè Romanos mores aſſumpſerunt, ne ſermonis quidem vernaculi memores, ac plerique facti ſunt Latini & colonos acceperunt Romanos, parumque abeſt, quin omnino Romani facti ſint, & quæ nunc conditæ ſunt vrbes Pez Auguſta in Celticis, Avgvsta Emerita in Turdulis, &c. & qui hanc formam ſequuntur Hiſpani Stolati ſeu Togati appellantur.* Nec minore cura ædificiorum publicorum moles ad Romæ imitationem curata ab Emeritenſibus eſt, Theatro nimirum, arcu triumphali ſiue tropœo, Naumachia, & Ponte Romani operis longiſſimo nobilitata, quæ multis apud Scriptores noſtros agitantur. Tantùm verba doct. Lud. Nonij, quæ multorū ſummam continent, hîc apponam ex c. 31. Hiſp. *Sita eſt Emerita loco campeſtri iuxta fl. Anam, vulgò Guadiana; qui pulcerrimo ſtratus ponte, vt ex architecturæ concinnitate coniicere licet, Romanam magnificentiam refert. Hac in vrbe duo erant aquæductus, quorum adhunc hinc inde ſparſi arcus viſuntur, qui operis ſplendorem præ ſe ferunt. Vrbi etiam contigua moles, quam incolæ Septiſolium vocant, quòd referant ſtato tempore ſeptem Pæ-*

Romæ nimirum ſimillima ſermone, veſte, moribus, & ædificiorum publicorum cultu.

norum

Digitized by Google

Bætis alluit iiſdem in locis naſcens, ex quibus Anas & Tagus mediæ inter vtrumque magnitudinis exiſtens ab ſui primordio, ſicut Anas in Occaſum fluitans, inde in Auſtrum deflectens, in idem littus excurrit.

Hæc ex fluuiis, ex vrbibus etiam deducenda coniectura eſt. Magna olim & celebris Hiſpalis, ſed non magnitudine & celebritate inferior Emerita. De illa non in *Hiſpania* ſolùm *antiqua*, ſed Notis ad Feſti Auieni noſtri *oram maritimam* præcipua dixi. De hac nunc, tantam olim fuiſſe, vt cum * *Corduba, Tarracone* & *Barcinone* vix vellet certare, vt Auſonius ſcribit. Et certè ea magnitudine vrbs hæc quondam fuit, vt fabulis, rerum omnium fide maiorum ritu, non apud Arabes, ſed etiam apud Scriptores noſtros, locum præbuerit. Quibus ſi credendum impunè eſſet, mœnia trium ferè leucarum ambitu circumdata, decem & ſeptem cubitis lata, & quadraginta quinque alta: CIↃ. IↃ. turribus diſtincta, XLIV. præter maximam portis patens. Quam quidem amplitudinem ciuium bellatorum numerus adimplebat. Ex illius fama Hiſpanum illud decantatiſſimum,

MERIDA, que en las Eſpañas
Otro tiempo fuiſte Roma.

olim apud poſteros emanauit. Vnde non immeritò Ioſ. Moletius inſignis ſui temporis Mathematicus cùm Ptolemæum illuſtraret lib. 2. cap. 5. ait, *Augusta Emerita, Merida vulgò, olim altera Roma:* nam cùm ea

Ob ipſius etiã vrbis amplitudinẽ.

* *Mariana 3. de reb. Hiſp. c. 25. accuratè vt ſolet, de Emerita.*

Colonia conſtituta Aug. Emer. nomine, pręterfluente Ana fl. in paucis nobiliſſimo Quæ ciuitas priſcis temporibus frequentia, amplitudine, copiis auctoritate tum ciuili, tum ſacra cum præcipuis Hiſp. vrbibus de principatu certabat. Luſitaniæ caput, vnde & MAGNÆ Emeritæ nomen tulit. *Eodẽ modo Steph. Gardinius lib. 6. comp. Hiſt. c. 27.*

Digitized by Google

ea quæ digna, quæ cum Romana magnitudine comparanda cenſebatur, aliȩ Roma inferiores inutiliter certarent: potiùs

Submittit cui tota ſuos Hiſpania faſces.

Hinc Emerita Romæ & Romanis ne videretur ingrata, quantum maximè potuit non ſolùm ad vrbis, ſed ad ciuium exemplum ſeſe totam ſermone, veſte, & moribus compoſuit. Strabo 3. de Turditanis: *Planè Romanos mores aſſumpſerunt, ne ſermonis quidem vernaculi memores, ac pleriqué facti ſunt Latini & colonos acceperunt Romanos, parumque abeſt, quin omnino Romani facti ſint, & quæ nunc conditæ ſunt vrbes Pez Augusta in Celticis,* AVGVSTA EMERITA *in Turdulis, &c. & qui hanc formam ſequuntur Hiſpani Stolati ſeu Togati appellantur.* Nec minore cura ædificiorum publicorum moles ad Romæ imitationem curata ab Emeritenſibus eſt, Theatro nimirum, arcu triumphali ſiue tropœo, Naumachia, & Ponte Romani operis longiſſimo nobilitata, quæ multis apud Scriptores noſtros agitantur. Tantùm verba doct. Lud. Nonij, quæ multorũ ſummam continent, hîc apponam ex c. 31. Hiſp. *Sita eſt Emerita loco campeſtri iuxta fl. Anam, vulgò Guadiana; qui pulcerrimo ſtratus ponte, vt ex architecturæ concinnitate coniicere licet, Romanam magnificentiam refert. Hac in vrbe duo erant aquæductus, quorum adhunc hinc inde ſparſi arcus viſuntur, qui operis ſplendorem præ ſe ferunt. Vrbi etiam contigua moles, quam incolæ Septiſolium vocant, quòd referant ſtato tempore ſeptem Pœnorum*

Romæ nimirum ſimillima ſermone, veſte, moribus,

& ædificiorum publicorum cultu.

norum reges hac in vrbe cõuenire ſolitos fuiſſe, & his ſedibus ſediſſe. Sed germanæ nugæ ſunt, cùm ſedilium ne vmbram quidem hæc moles referat; ſed theatrũ fuiſſe ait Gaſpar Barrerius, quod arcus planè habet collapſos, parietes verò diuerſis in locis integros, ruderum adgeſtione planè deformatum. Arcus etiam hîc prope D. Iacobi ædem ſpectatur, quem incolæ, plurimique ſcriptores triumphales fuiſſe putant: ſed præterquàm quòd falſum ſit, triumphales arcus alibi quàm Romæ fuiſſe, ſtructuræ ſunt magis illuſtris & operoſæ: res geſtas, fuſos hoſtes, victoriaſque inſculptas habent; vnà cum titulo Imp. vt Romæ videre eſt in arcu Imp. Septimij Seueri & Titi Veſpaſiani. Emeritenſis verò arcus nihil horum præ ſe fert, ideoque non abs re Barrerius ſuſpicatur, fuiſſe trophæum aliquod. Inſigne præterea antiquitatis opus conſpicitur hîc, Naumachia. Figura campi eſt oualis. M.CCCC. pedes in longitudinem porrecta, latitudo verò longitudini reſpondet: circumdata eſt magno muro in arcus & fornices deducto, vt nonnullis in locis adhuc veſtigia monſtrant. Vrbs hæc olim nobiliſſima ad magnam incolarum infrequentiam delapſa eſt, & præter priſcæ claritatis ruinas nihil oſtendit; vt meritò cum ingenioſi * operis Scriptore Naſone exclamem, expoſtulemque:

* *15. Metam.*

Tempus edax rerum, tuque inuidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis, vitiataque dentibus æui
Paullatim lenta conſumitis omnia morte.

Cõmercia exercuit cum Cæſaraugustanis.

Addam (ne quid deſit, quod ad Emeritam, quando illius res ſigillatim aguntur, ſpectet) tria, quæ apud Scriptores de illa inueni. Frequentia fuiſſe inter

inter Emeritenſes & Cæſarauguſtanos olim commercia, docentibus id tribus itineribus, quæ ab Antonino Emerita Cæſarauguſtam aſſignantur, nempe (ſi me emendatorem audis)

AB EMERITA CÆSARAVG. m. p. IↃCXXXII. ſic

Ad Sorores	m.p.xxvj.
Caſtris [a] *Cæciliis*	m.p.xx.
[b] *Tumulos*	m.p.xx.
Ruſticiana	m.p.xxij.
Cappara	m.p.xxij.
[c] *Ceciliani*	m.p.xxij.
Ad Lippos	m.p.xxij.
[d] *Sentice*	m.p.xij.
[e] *Salmantica*	m.p.xxiv.
[f] *Sabariam*	m.p.xxi.
[g] *Ocello Durij*	m.p. xxj.
[h] *Albucella*	m.p.xxij.
Amallobrica	m.p.xxvij.
Septimanca	m.p.xxiv.
Niuaria	m.p.xxij.
Cauca	m.p.xxij.
Secoria	m.p.xix.
Miacum	m.p.xxiv.
Titulcia	m.p.xxiv.
Complutum	m.p.xxx.
[i] *Caracca*	m.p.xxij.
Ceſata	m.p.xxiv.

a *Malè in vulgatis* Celicis.
b *Malè* Turmulos.
c *Fortè* Ceciliana.
d *ſic Ptolemæo* σεντικὴ.
e *malè* Salmatice.
f *annè* Sapariam *ex Iſidori Chronico?*
g *malè* Ocelo Duri. *ſunt qui velint* Octo-durum.
h Ἀλβόκελλα *Ptolemæo eſt.*
i *malè* Arriaca, *nam Ptolem.* καράκκα *eſt.*

a *qua nunc* Siguenza.

b *malè* Bilbacenorũ.

c *al.* Nertobrica.

d *qua nunc* Ruida.

[a] *Segoncia*	m.p.xxiij.
Arcobrica	m.p.xxiij.
Aquæ [b] *Bilbitanorum*	m.p.xvj.
Bilbili	m.p.xxiv.
[c] *Nitorbrica*	m.p.xxj.
[d] *Secontia*	m.p.xix.
Cæſarauguſta	m.p.xvij.

Alio itinere ab EMER. CÆSARAVG. m.p. CCCXLVII. ſic

* *annè* Segontia?

Lacipea	m.p xx.
Leuciana	m.p.xxiv.
Auguſtobrica	m.p.xij.
Toletum	m.p.lv.
Titulciam.	m.p.xxiv.
Complutum	m.p.xxx.
Caraccam	m.p.xxij.
Ceſata	m.p.xxiv.
**Secontia*	m.p.xxiij.
Arcobrica	m.p.xxiij.
Aquæ Bilbitanorum	m.p.xvj.
Bilbili	m.p.xxiv.
Nertobrica	m.p.xxj.
Secontia	m.p.xiv.
Cæſarauguſta	m.p.xvj.

Per Luſitaniā ab EMER. CÆSARAVG. m.p. CCCCLIIX. ſic

Contoſotia	m.p.xij.
Mirobrica	m.p.xxxvj.

Siſa-

Digitized by Google

Siſalone	m.p.xxij.
Carcurium	m.p.xx.
Ad Turres	m.p.xvj.
Mariana	m.p.xxiv.
* *Laminium*	m.p.xxx.
Alces	m.p.xl.
Vico Cuminario	m.p.xxiv.
Titulciam	m.p.xiix.
Cæſarauguſta manſionibus ſupraſcriptis	m.p.ccxv.

* *malè* Lamina, *nam Ptolem.* λαμίνιον *eſt.*

Eadem commercia inuenio inter Hiſpalenſes, Cordubenſes, Salacienſes, Oliſipponenſes & alios cum Emeritenſibus. Itinera ipſa manifeſtant, quæ, (vti hactenus ad oram monui) emendaturus adiiciam. *Cum aliis.*

AB HISPALI EMERITAM m.p.clxv. ſic

Carmone	m.p.*xxij.*
[a] *Obulcula*	m.p.*xx.*
[b] *Aſtici*	m.p.*xv.*
[c] *Celti*	m.p.*xxxvij.*
Regiana	m.p.*xliv.*
Emerita	m.p.*xxiv.*

a *ſiue* Obolula, *nam* ὀβου-κολα *Ptolemæo;* ὀβόλκολα *Appiano eſt male in vulgatis Anton* A Biucula.
b *fortè* ἄστυγα *Strab.*
c *an* Celtica *Plinij Hiſpalenſis conuentus?*

Item à CORDVBA EMERITAM m.p. clxj. ſic

Equabona	m.p.xij.
Catobrica	m.p.xii.

Digitized by Google

Emeritæ etiam laudibus attribuendum eſt, ad eam vſque viam ſterni iuſſam à Coſs. tempore Auguſti. Lapis vetus Capparæ,

Ad eam vſq; vias vanas à Coſs. ſtratas.

T. VICTVRIO. ET. C. SEMPRONIO. COSS. POPVLIS PROVINCIÆ. ARENAT. OB. SVPERIORVM. TEMPORVM. BELLA. AD. SVMMAM. INOPIAM. REDACTIS. IMMVNITAS. DATA. EST. QVOAD. QVIDQVID. TERRARVM. AD. EMERITAM. VSQVE. AVGVSTAM. INTERIACET. LAPIDIBVS. STERNERETVR. CENSVERE. SIQVIDEM. E. MAIESTATE. AVGVSTI. DIVI. F. AC. S. P. Q. R. DIGNITATE. ET. AMPLITVDINE. HOC. ESSE. VT. PROVINCIÆ. PORRO. AB. ITALIA. CONSTITVTÆ. QVÆ. DE. REPVBLICA. RO. BENE. MERITÆ. ESSENT. IN. MELIOREM. CVLTVM. REDVCERENTVR. ITAQVE. TITO. MVRTIO. PROVINCIÆ. HISP. CITERIORIS. PRÆTORI. DEMANDATVM. EST. VT. CCCCX. PONDO. ARGENTI. E. PVBLICIS. POPVLI. RO. EMOLVMENTIS. QVÆ. PRÆTERITIS. TEMPOR. QVÆSTORES. RECEPISSENT. PROVINCIAM. SVBLEVARET. ET. PONDO. E. PROVINCIALIBVS. QVÆ. AD. PHILIPPOS. QVÆ. AD. ACTIACVM. SVPERERANT. AVT. QVÆ. IN. ÆRARIVM. NONDVM. RELATA. FVERANT. CLX.

Vti etiam ad hanc è Cappara Veſpaſian. lap. Emeritenſis ex Suritæ & Scothi ſchedis

IMP. CÆS. VESPASIANVS
AVG. PONT. MAX. TRIB. P. II.
IMP. VII. COS. III. DESIG. IIII
P. P. VIAM. A. CAPPARA. VRBE
AD. EMERITAM. VSQ. AVG
IMP. SVA. RESTITV
LXXIII.

Familiarum adiectione auctam.

Emeritam prætereà adiectione familiarum auxit Ottho Imp. Tacit. I. hiſtor. *Eadem largitione ciuitatum quoque ac prouinciarum animos aggreſſus, Hiſpalenſibus & Emeritenſibus familiarum adiectiones,* Luſonibus vniuerſis*

**Ita veriſſimè emendante Cl. I. Lipſio.*

Digitized by Google

ſis ciuitatem Rom. prouinciæ Bæticæ Maurorum ciuitates dono dedit. Et meritò, nam non ſolùm inter *vrbium in Mediterraneis clariſſimas in Luſitania Emerita,* numeratur à P. Mela cap. 6. lib. 1. ſed

Clariſſ. vrb. Luſitan.

Luſitanorum caput oppidorum
Vrbs ——

Luſitan. caput.

à Prudentio dicitur. Parum. Auſonius in ord. nobil. vrbium VIII hoc titulo, DE EMERITA.

Iure mihi poſt has memorabere nomen Iberum
EMERITA; æquoreus quam præterlabitur amnis;
Submittit cui tota ſuos Hiſpania faſces.
Corduba non, non arce potens tibi Tarraco certant,
Quæque ſinu pelagi iactat ſe Bracara diues.

Vrbium ferè maxima.

Quod fruſtra Hiſpali conantur attribuere E. Vinetus Comm. ad Auſon. & P. Merula cap. 24. part. 2. lib 2. Coſm. quòd in aliquot Codd. reperiatur, & quòd Hiſpali Iberum Hiſpanumque ſit nomen, Emerita autem Latinum. Quaſi verò Hiſpalis originem Latinam neſciat. Iſidorus 15. orig. 1. *Hiſpalis à ſitu cognominata eſt, eò quòd in ſolo paluſtri ſuffixis in profundo palis collocata ſit:* quam etiam etymologiam reſpexit Raſis, cùm ait: *Quando Hercoles poblò à Seuilla, fundola ſobre madera è puſola nombre de iſta de * palos.* Et quare Hiſpalis aut Hiſpal Hiſpanum ſit nomen, non video. Phœnicium aut Punicum potiùs non malè argutabatur vir magnus B. Arias Montanus. Nec etiam video quare hoc argumentum validiſſimum putet V. Cl. Merula, cùm non ſolùm fragile

Repugnante, vt nonnullis placet, Hiſpali.

Ab ipſis vindicata, & Hiſpali ſuperior.

* *Sic etiam Roder. Toletan. lib. 1. cap. 5. de Hiſpali, eò quòd pri-*

ma habitacula palis ſuppoſitis regimen ſuſceperunt. Ob Anæ fl. magnitudinem quo præcipuè Emerita deſignatur.

ſit, ſed etiam vanum. Aſtipulatores tamen inuenit alios, ſed Bæticos, qui Ioſ. Scaligerum oſcitantiæ notant, quòd 1. Auſon. lect. 23. & lib. 2. cap. 30. vulgatam Auſonij lectionem eruditè tueatur. Scio Bætim ab antiquis meritò celebrari & nauigabili commercio diuitem; ſed non ignoro ab iiſdem Hiſpalim ſiue Spalim Bæti fl. præcipuè non deſignari, vt Emeritam Ana. De qua Plinius 4. cap. 13. *Auguſta Emerita, Anæ fl. appoſita.* Prudens de eadem,

Quàm memorabilis amnis Anas
Præterit. ——

Quem Paulus Emeritenſis noſter expreſſit cap. 2. *Memorabilis amnis Anas nimiùm excreſcens.* Sic ab Auſon. hîc

Emerita, æquoreus, quam præterlabitur amnis,

Et epiſtola ad Paullinum,

Emeritæque amnes ——

* *Subſcribunt Emeritenſi laudi D. Rodericus à Cunha Bracarenſis Eccleſiæ Archiepiſcopus Primas, ingens Hiſpaniæ ornamentum, ſingulare Præſulum omniũ exemplar, cuius eruditio*

*Addo notiorem hinc Emeritam & Anan Auſonio fuiſſe, cùm vtriuſque bis meminerit, quàm Hiſpalim & Bætin, quorum nunquam. Itaque magis hæc ex familiariori Auſonij cognitione, quàm ex alia ratione penſanda. Bætis (non nego) æquoreus ſit, nam *Oceani naturam erga fluxum refluxumque declarat*, teſte Philoſtrato in Apollon. 5. cap. 2.

Et celebre Oceano atque alternis æſtibus Hiſpal,

Silio noſtro Punic. 3. Quid ergo? annè non æquoreus Anas, cuius magnitudinem omnium ſæculorum monumentis conteſtatam noſcimus? *Bætis*

(Plinio

Digitized by Google

(Plinio auctore 3. cap.1.) *modicus primò, ſed multorum fluminum capax, quibus ipſe famam, aquaſque aufert.* Vnde immeritò reprehēſus à Criticis Iſidorus noſter, cui 13.orig.21. *Bætis dictus, eò quòd humili ſolo decurrat; βαθὺ enim Græcè humile vel merſum vocant.* Anas verò *ortus Laminitano agro citerioris Hiſp. & modò ſe in ſtagna fundens, modò in anguſtias ſorbens, aut in totum cuniculis condens, & ſæpiùs naſci gaudens, in Atlanticum Oceanum effunditur,* ingenti nempe ſemper, ac vbique alueo. Quid argilius? Strabo initio lib.3. cùm de Turditanis ageret, & Anam Bætimq; coniunxiſſet, Bætim Ana inferiorem proponit: *Hæc autem plaga* (Turditanorum) *inter Anam ad ortum quidem vſque ad Oretaniam protenditur. A meridie verò ab eius eruptione vſque ad Anæ maritimum tractum, & vſque ad columnas, &c. In quam maritimæ partem & Bætis & Anas erumpunt, hinc nouiſſima Mauritaniæ plaga inter Atlanticum incidens pelagus, fretum ad Columnas efficit, quo extraneum cum mediterraneo mari iungitur.* Et paullò antè, *Auſtralis* (Hiſpaniæ) *lateris initium ad alium vſque flumen Anam & eius egreſſum. Ab orientalibus verò partibus vterque defertur. Alter quidem retrò in occaſum curſu elabitur altero longè maior. Verùm Anas ſeſe flectit in Auſtrum, mediam inter amnes regionem diſterminans, quam Celtæ maiori ex parte incolunt, & Luſitanorum plerique, quos ex vlteriori Tagi regione in coloniam Romani traduxere. In ſuperioribus autem partibus Carpetani, Crettanique & Vettonum frequentes habitant,* &c. & tandem, *Hic eſt quem flumen*

nobilitatē, quæ prima inter Luſitanos eſt, æquat, cùm tamen nobilitas ab humanitate ſuperetur. Tot in illo Heroë præſtantiſſimæ dotes. Cap. 11. Tract. de Primatu Bracarenſ. Eccleſ. nec non V.Cl. Lud. Nonius c.31. Hiſpan. vt minorum gentium ſcriptores omittam.

Bætis alluit iiſdem in locis naſcens, ex quibus Anas & Tagus mediæ inter vtrumque magnitudinis exiſtens ab ſui primordio, ſicut Anas in Occaſum fluitans, inde in Auſtrum deflectens, in idem littus excurrit.

Ob ipſius etiã vrbis amplitudinẽ.

Hæc ex fluuiis, ex vrbibus etiam deducenda coniectura eſt. Magna olim & celebris Hiſpalis, ſed non magnitudine & celebritate inferior Emerita. De illa non in *Hiſpania* ſolùm *antiqua*, ſed Notis ad Feſti Auieni noſtri *oram maritimam* præcipua dixi. De hac nunc, tantam olim fuiſſe, vt cum ** Corduba, Tarracone* & *Barcinone* vix vellet certare, vt Auſonius ſcribit. Et certè ea magnitudine vrbs hæc quondam fuit, vt fabulis, rerum omnium fide maiorum ritu, non apud Arabes, ſed etiam apud Scriptores noſtros, locum præbuerit. Quibus ſi credendum impunè eſſet, mœnia trium ferè leucarum ambitu circumdata, decem & ſeptem cubitis lata, & quadraginta quinque alta: CIↃ. IↃ. turribus diſtincta, XLIV. præter maximam portis patens. Quam quidem amplitudinem ciuium bellatorum numerus adimplebat. Ex illius fama Hiſpanum illud decantatiſſimum,

** Mariana 3. de reb. Hiſp. c. 25. accuratè vt ſolet, de Emerita.*

Colonia conſtituta Aug. Emer. nomine, prę terfluente Anã fl. in paucis nobiliſſimo. Quæ ciuitas priſcis temporibus frequentia, amplitudine, copiis auctoritate tum ciuili, tum ſacra cum præcipuis Hiſp. vrbibus de principatu certabat. Luſitaniæ caput, vnde & MAGNÆ Emeritæ nomen tulit. Eodẽ modo *Steph. Gardinius lib. 6. comp. Hiſt. c. 27.*

MERIDA, que en las Eſpañas
Otro tiempo fuiſte Roma.

olim apud poſteros emanauit. Vnde non immeritò Ioſ. Moletius inſignis ſui temporis Mathematicus cùm Ptolemæum illuſtraret lib. 2. cap. 5. ait, *Augusta Emerita, Merida vulgò, olim altera Roma:* nam cùm

ea

ea quæ digna, quæ cum Romana magnitudine comparanda cenſebatur, aliȩ Roma inferiores inutiliter certarent: potiùs

Submittit cui tota ſuos Hiſpania faſces.

Hinc Emerita Romæ & Romanis ne videretur ingrata, quantum maximè potuit non ſolùm ad vrbis, ſed ad ciuium exemplum ſeſe totam ſermone, veſte, & moribus compoſuit. Strabo 3. de Turditanis: *Planè Romanos mores aſſumpſerunt, ne ſermonis quidem vernaculi memores, ac pleríque facti ſunt Latini & colonos acceperunt Romanos, parumque abeſt, quin omnino Romani facti ſint, & quæ nunc conditæ ſunt vrbes Pez Augusta in Celticis, Avgvsta Emerita in Turdulis, &c. & qui hanc formam ſequuntur Hiſpani Stolati ſeu Togati appellantur.* Nec minore cura ædificiorum publicorum moles ad Romæ imitationem curata ab Emeritenſibus eſt, Theatro nimirum, arcu triumphali ſiue tropœo, Naumachia, & Ponte Romani operis longiſſimo nobilitata, quæ multis apud Scriptores noſtros agitantur. Tantùm verba doct. Lud. Nonij, quæ multorũ ſummam continent, hîc apponam ex c.31. Hiſp. *Sita eſt Emerita loco campeſtri iuxta fl. Anam, vulgò Guadiana; qui pulcerrimo ſtratus ponte, vt ex architecturæ concinnitate coniicere licet, Romanam magnificentiam refert. Hac in vrbe duo erant aquæductus, quorum adhunc hinc inde ſparſi arcus viſuntur, qui operis ſplendorem præ ſe ferunt. Vrbi etiam contigua moles, quam incolæ Septiſolium vocant, quòd referant ſtato tempore ſeptem Pœnorum*

Romæ nimrum ſimillima ſermone, veſte, moribus,

& ædificiorum publicorum cultu.

Digitized by Google

norum reges hac in vrbe cõuenire ſolitos fuiſſe, & his ſedibus ſediſſe. Sed germanæ nugæ ſunt, cùm ſedilium ne vmbram quidem hæc moles referat; ſed theatrũ fuiſſe ait Gaſpar Barrerius, quod arcus planè habet collapſos, parietes verò diuerſis in locis integros, ruderum adgeſtione planè deformatum. Arcus etiam hîc prope D. Iacobi ædem ſpectatur, quem incolæ, plurimique ſcriptores triumphales fuiſſe putant: ſed præterquàm quòd falſum ſit, triumphales arcus alibi quàm Romæ fuiſſe, ſtructuræ ſunt magis illuſtris & operoſæ: res geſtas, fuſos hoſtes, victoriaſque inſculptas habent; vnà cum titulo Imp. vt Romæ videre eſt in arcu Imp. Septimij Seueri & Titi Veſpaſiani. Emeritenſis verò arcus nihil horum præ ſe fert, ideoque non abs re Barrerius ſuſpicatur, fuiſſe trophæum aliquod. Inſigne prætereà antiquitatis opus conſpicitur hîc, Naumachia. Figura campi eſt oualis. M. CCCC. pedes in longitudinem porrecta, latitudo verò longitudini reſpondet: circumdata eſt magno muro in arcus & fornices deducto, vt nonnullis in locis adhuc veſtigia monſtrant. Vrbs hæc olim nobiliſſima ad magnam incolarum infrequentiam delapſa eſt, & præter priſcæ claritatis ruinas nihil oſtendit; vt meritò cum ingenioſi * operis Scriptore Naſone exclamem, expoſtulemque:

* 15. Metam.

Tempus edax rerum, tuque inuidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis, vitiataque dentibus æui
Paullatim lenta conſumitis omnia morte.

Cõmercia exercuit cum Cæſarauguſtanis.

Addam (ne quid deſit, quod ad Emeritam, quando illius res ſigillatim aguntur, ſpectet) tria, quæ apud Scriptores de illa inueni. Frequentia fuiſſe inter

inter Emeritenſes & Cæſarauguſtanos olim commercia, docentibus id tribus itineribus, quæ ab Antonino Emerita Cæſarauguſtam aſſignantur, nempe (ſi me emendatorem audis)

AB EMERITA CÆSARAVG. m. p. IↃCXXXII. ſic

Ad Sorores	m.p.xxvj.
Caſtris [a] *Cæciliis*	m.p.xx.
[b] *Tumulos*	m.p.xx.
Ruſticiana	m.p.xxij.
Cappara	m.p.xxij.
[c] *Ceciliani*	m.p.xxij.
Ad Lippos	m.p.xxij.
[d] *Sentice*	m.p.xij.
[e] *Salmantica*	m.p.xxiv.
[f] *Sabariam*	m.p.xxi.
[g] *Ocello Durij*	m.p. xxj.
[h] *Albucella*	m.p.xxij.
Amallobrica	m.p.xxvij.
Septimanca	m.p.xxiv.
Niuaria	m.p.xxij.
Cauca	m.p.xxij.
Secoria	m.p.xix.
Miacum	m.p.xxiv.
Titulcia	m.p.xxiv.
Complutum	m.p.xxx.
[i] *Caracca*	m.p.xxij.
Ceſata	m.p.xxiv.

a *Malè in vulgatis* Celicis.
b *Malè* Turmulos.
c *Fortè* Ceciliana.
d *ſic Ptolemæo* σεντική.
e *malè* Salmatice.
f *annè* Sapariam *ex Iſidori Chronico?*
g *malè* Ocelo Duri. *ſunt qui velint* Octo-durum.
h ἀλβόκελλα *Ptolemæo eſt.*
i *malè* Arriaca, *nam Ptolem.* καράκκα *eſt.*

S Sego-

a *qua nunc* Siguenza.	[a] *Segoncia*	m.p.xxiij.
	Arcobrica	m.p.xxiij.
b *malè* Bilbacenorũ.	*Aquæ* [b] *Bilbitanorum*	m.p.xvj.
	Bilbili	m.p.xxiv.
c *al.* Nertobrica.	[c] *Nitorbrica*	m.p.xxj.
d *qua nunc* Ruida.	[d] *Secontia*	m.p.xix.
	Cæſarauguſta	m.p.xvij.

Alio itinere ab EMER. CÆSARAVG. m.p.CCCXLVII. ſic

	Lacipea	m.p xx.
	Leuciana	m.p.xxiv.
	Auguſtobrica	m.p.xij.
	Toletum	m.p.lv.
	Titulciam.	m.p.xxiv.
	Complutum	m.p.xxx.
	Caraccam	m.p.xxij.
	Ceſata	m.p.xxiv.
* *annè* Segontia?	**Secontia*	m.p.xxiij.
	Arcobrica	m.p.xxiij.
	Aquæ Bilbitanorum	m.p.xvj.
	Bilbili	m.p.xxiv.
	Nertobrica	m.p.xxj.
	Secontia	m.p.xiv.
	Cæſarauguſta	m.p.xvj.

Per Luſitaniã ab EMER. CÆSARAVG. m.p.CCCCLIIX. ſic

Contoſotia	m.p.xij.
Mirobrica	m.p.xxxvj.

Siſa-

Digitized by Google

Siſalone	m.p.xxij.
Carcurium	m.p.xx.
Ad Turres	m.p.xvj.
Mariana	m.p.xxiv.
* *Laminium*	m.p.xxx.
Alces	m.p.xl.
Vico Cuminario	m.p.xxiv.
Titulciam	m.p.xiix.
Cæſarauguſta manſionibus ſuprascriptis	m.p.ccxv.

* *malè* Lamina, *nam Ptolem.* λαμίνιον *eſt.*

Eadem commercia inuenio inter Hiſpalenſes, Cordubenſes, Salacienſes, Oliſipponenſes & alios cum Emeritenſibus. Itinera ipſa manifeſtant, quæ, (vti hactenus ad oram monui) emendaturus adiiciam. *Cum aliis.*

AB HISPALI EMERITAM m.p.clxv. ſic

Carmone	m.p.*xxij.*
[a]*Obulcula*	m.p.*xx.*
[b]*Aſtici*	m.p.*xv.*
[c] *Celti*	m.p.*xxxvij.*
Regiana	m.p.*xliv.*
Emerita	m.p.*xxiv.*

a *ſiue* Obolula, *nam* ὀϐούκουλα *Ptolemæo;* ὀϐόλκουλα *Appiano eſt malè in vulgatis Anton* A Biucula.
b *fortè* ἀστυγια *Strab.*
c *an* Celtica *Plinij Hiſpalenſis conuentus?*

Item à CORDVBA EMERITAM m.p. clxj. ſic

Equabona	m.p.xij.
Catobrica	m.p.xii.

Digitized by Google

[a] *Ciciliana*	m.p.viij.
Malceca	m.p.xxvj.
Salacia	m.p.xij.
Ebora	m.p.xliv.
Ad[b] *Anam fl.*	m.p.ix.
[c] *Euandriana*	m.p.xvij.
Emerita	m.p.ix.

Alio itinere ab [d] OLYSSIPPONE EMER. m.p.CXLV. ſic

Aritio Prætorio	m.p.xxxviij.
[e] *Abelterio*	m.p.xxiix.
[f] *Matuſaro*	m.p.xxvij.
Ad ſeptem Aras	m.p.iix.
Budua	m.p.xij.
Plagiaria	m.p.iix.
Emerita	m.p.xxx.

Item alio itinere ab OLYSIPP. EMERIT. m.p.ccxx. ſic

[g] *Ierabrica*	m.p.xxx.
Scalabim	m. p. xxxij.
[h] *Tacubis*	m.p.xxxj.
Fraxinum	m.p.xxxij.
[i] *Montobrica*	m.p.xxx.
Ad ſeptem Aras	m.p.xiv.
Plagiaria	m.p.xx.
Emerita	m.p.xxx.

Item ab * OSTIO fl. * ANÆ EMER. vſq; m.p.CCCXIII. ſic

Præſidio	m.p.xxiij.

a *annè* Cęciliana?
b *Sic lego cũ Ortelio, nã ſtatim ſubſequitur etiam iter ab oſtio fl. Ana Emeritã vſque in vulgatis non bene* Aarum.
c *annè* ἐυανδρία *Ptolemai quæ in Luſitania.*
d *Peſſimè in vulg.* Ab Olis in Pone.
e Ab Elteri *leg, Simlorus.*
f Maniſaro *in codd. Ortelij.*
g *Non vt in vulgg.* Gerabrica: *ex Anton. fort. emend. Ptolem. in cuius codd.* ἀραβριγα *legitur, & repon.* ἱεραβριγα.
h *Ptolem.* ταλκȣβις *malè itaq; in vulgg.* Tubucci.
i *Non benè* Mundobrica.
* *Malè in vulg.* Oſto & Ani.

Ad

Ad Rubras	m.p.xvij.
[a] *Onoua*	m.p.xxiix.
Ilipa	m.p.xxx.
Tucci	m.p.xxj.
Italica	m.p.xiix.
[b] *Monte Mariorum*	m.p.xlvj.
Curica	m.p.xlix.
[c] *Contributa*	m.p.xxiv.
Peruiana	m.p.xx.
Emerita	m.p.xxiv.

a Onoba *Plin. & Strab.* ὀνόβα, *ſed non hoc itinere.* b *In vulgg. peſsimè littera coaluerant, cũ leg.* Montem Ariorum. *Ptolem. tamen* μαριανός *eſt, Plin.* Mariani. c *Ptolem.* κοντριβοῦτα.

Succedit huic alia de Emerita apud Scriptores obſeruatio, quæ 2. nempe *coccum* tingendo optimum circa Emeritam inueniri. Plin.9.cap.41. *Coccum Galatia Rubens granum*, &c. *aut circa Emeritam Luſitaniæ in maxima laude eſt.* 3. *Oliuas* præcipui ſaporis. Idem optimus & elegantiſſimus Naturæ ſcrutator 15. cap.3. *Sunt & prædulces per ſe tantùm ſiccatæ, vuiſque paſſis dulciores, admodùm raræ in Africa, & circa Emeritam Luſitaniæ.* In iis (veluti in conuiuiis fieri amat, cùm

—— Finit oliua dapes.

vt * Coquus noſter ait) faſtidio arcendo iam ſiſto.

Cocco abundauit, & oliuis prædulcibus, ſed raris.

* *Martialis (ſic ab antiquis fortaſſe appellatus à cõdiendis ſiue coquendis ſapidiſsimè facetiis, vt integro Schidiaſm.* 10. *Horar. Subſeciuar. Decad.* 4. *olim diſputaui.) l.*13. *Epiſt.*35.

Hactenus de iis, quæ ad Emeritenſis vrbis magnitudinem ſpectant; nunc quæ ad Religionem. Quæ ab ipſius Fidei Catholicæ incunabilis illum illu-

Emeritẽſis Eccleſię initia.

Digitized by Google

illuſtrauit duorum Apoſtolorũ Petri illorum Principis, & Iacobi vnici Hiſpaniarum Patroni præſentia gloriantem. Nam *B. Iacobus cùm è Iaſſenſi portu egreſſus eſſet in Sardiniam vſque Inſulam penetrauit, & inde in Hiſpaniam, in cuius vrbe Carthagine ſoluit. Hinc Granatam verſus tetendit, vbi cùm iecíſſet verbi diuini ſemina, diſcipuli martyrio adſtitit. Poſteà Menteſam, hinc Cordubam & EMERITAM perrexit, & per Luſitaniam & Bracaram in Gallæciam venit*, &c. vt ait Breuiarium Armeniorum apud Ferdin. de Oxeda Dominicanum cap. 6. Hiſtor. S. Iacob. nu. 11. Acceſſit B. Petri Ratenſis, Iacobi diſcipuli, & Epiſcopi Bracarenſis doctrina; nam *cùm eſſet in Hiſpania S. Iacobi Vicarius* ad Magiſtri exemplum, *non in vna tantùm ciuitate commorabatur, ſed zelo Fidei citra & vltra Tagum, populoſque ſibi commiſſos ambiens Ægitaniæ, Callenſiæ* (ſic habent MM-SS. codices) *EMERITÆ, Ambraciæ & in aliis Vettonum & Luſitanorum vrbibus verbum Dei diſſeminauit.* Teſte Caledonio Petri in ſede Bracarenſi ſucceſſore in ipſius vita apud Hugonem Portucalenſem Epiſcop. Epiſtola ad Mauricium Bracarenſ. quæ litteris Gothicis ſcripta exſtat in cœnobio S. Crucis Conimbricenſis. Emeritæ itaque circa annum à CHRISTO nato XL. prima Euangelij lux affulſit, nam anno XXXVII. Iacobus Petrum Bracaræ præfecit, & anno XLV. Petrus martyrio coronatus eſt, vt ex Dextro D. Paciani F. alibi aſſeruimus. Tantam Religionis antiquitatem Emerita iactet neceſſe eſt:

Apoſtoli.

Viri Apoſtolici.

cuius

cuius eccleſiæ fundamenta iecit B. Petrus Luſitanorum Apoſtolus, vel ibidem Pontificalia munera exercens, vel alium, qui exerceret, ſuo & Apoſtolorum more, pręficiens; vnde non immeritò primum Emeritenſium Præſulum hunc

S. PETRVM, quo Bracarenſes etiam primò gloriabantur, poſſimus agnoſcere. Ceterorum ſeriem etſi mutatione rerum & temporum intercapedine imminutam è monumentis antiquis libet attexere. Qui poſt ſparſos à B. Petro Ratenſi ſiue Bracarenſi Euangelicæ lucis radios, primus Emeritæ pręfuit Epiſcopus, fortaſſe Epiſcopi.

S. EPITACIVS, ſed Petro Apoſtolo Emeritam inuiſente. Dexter ad ann. XLIIX. *Petrus ad Hiſpanias venit, eaſque inuiſit; Paſtores ibi reliquit, Sextifirmi Epennetum Epiſcopum creat, & EMERITÆ EPITACIVM;* vt in quibuſdam MM-SS. legitur, & ego ad illum noto. De Epitacio Martyrol. Rom. 23. Maij. Subſecutus, ſed longo proximus interuallo

MARTIALIS (circa annum Chriſtianum CCLIIX.) Quem Emeritenſem volunt Vaſæus ad ann. CCLVI. Moral. lib. 9. cap. 45. & Padilla cent. 3. cap. 10. (etſi Baronius ad ann. CCLIIX. & ex eo Seuerinus Binnius tom. I. Concil. fol. 139. Aſturicenſem dicant.) Hic infelicitate temporum ſeductus vnà cum Baſilide in varios errores incidit, aduerſus quos ſcripſit B. Cyprianus Carthaginienſis Epiſcopus Epiſtolam *Felici presbytero & plebibus conſiſtentibus ad legionem*

&

& Aſturicam, item Ælio Diacono & plebi EMERITÆ *conſiſtentibus fratribus in Domino*, in editione Pamel. 68. ſuccedit circa annum CCCXII.

LIBERIVS, qui Concilio Illiberritano decimo loco ſubſcribit *Epiſcopus Emeritenſis* ſiue *Emeritanus*, (nam vtroque modo in MM-SS. legitur) & Concilio Arelatenſi primo ſub Siluestro & Conſtantino I. ann. CCCXIV. *ex ciuitate Emerita Liberius Epiſcopus*; de quo Moral. lib. 10. cap. 31. Circa ann. CCCXLVII.

FLORENTIVS ſiue FLORENTINVS (etiam vtroque nomine legitur in autographis) qui vnà cum Liberio Epiſc. Concilio Arelatenſi *ex ciuitate Emerita Diaconus* interfuerat; poſteà Concilio Sardicenſi generali, Nicæni nimirum appendici, ſubſcribit, *Florentinus ab Hiſpania, de Emerita.* Circa ann. CCCLXXX.

ITACIVM ſiue *IDACIVM* (vtrumque in MM-SS. reperi) Emeritæ Epiſcopum adſignat Seuerus Sulpicius cùm lib. 2. ſac. hiſt. de Priſcilliano ageret, ſed corruptè; nam *Idatium Emeritæ ætatis ſacerdotem* in vulgatis legitur, pro *Emeritæ ciuitatis*, vti olim monui Comment. ad ann. CCCCXXIX. Dextri, vbi multa de iis, qui in Hiſpania *Idacij, Itatij, Ithacij* aut *Idalij* nomine inſigniuntur, & non vulgaria habes. *Idacius Emeritenſis* Concilio Cæſarauguſtano I. Ær. CCCCXVIII. congregato ſubſcripſit. Poſtmodùm altum de Epiſcopiſcopis Emeritenſibus ſilentium apud Scriptores eſt. Qui longa temporum intercapedine, ſcilicet Leouigildi, hoc eſt IↃLXX. occurrit,

PAVL-

PAVLLVS eſt, de quo noſter Paullus cap.4. cui ſucceſſit

FIDELIS, de quo idem cap.5.6.7.8. Diſtinctior memoria

MASSONÆ inuenitur, qui duobus Conciliis Toletanis Reccaredi tempore habitis, Æra nempe IↃCXXVII. hoc eſt anno IↃLXXXIX. *In Chriſti nomine Eccleſiæ Catholicæ Emeritenſis Metropolitanus Epiſcopus prouinciæ Carpetaniæ conſtitutionibus, quibus in vrbe Toletana interfuit annuens ſubſcripſit*; nec aliter Ær. IↃCXXXV. hoc eſt, anno IↃXCVII. De quo Paullus noſter à cap.9. ad 21. Maſſona dum Concilij cauſsâ Toleti degeret, luſtrationi Eccleſiæ Toletanæ aſtitit. Iulianus Archipresbyter Tolet. in Chron. *Eccleſia S. MARIÆ Toletana, quæ ab Apoſtolo Iacobo fuit incæpta, & à M. Marcello Eugenio Aſſumptioni B. MARIÆ conſecrata, ab Arianis Epiſcopis cogentibus Regibus VViſegothorum ſæpè profanata, & à bonæ memoriæ rege Reccaredo Catholico reſtituta ritu ſolemni* 13. *April. ab Euphemio vel Euphemiano Toletano Archiepiſc. & Hiſpaniarum Primate, præſentibus Maſſona Emeritenſi Metropolitano & Benigno Bracarenſi & aliis Metropolitanis*, &c. Sed vbinam Toleti tempore Concilij habitabat Emeritenſis? Idem Iulianus in Aduerſariis; *Bracar. in Conciliis Toletanis habitabat in S. Leocadiæ prætorio; Hiſpalenſ. in ſuburbano eius templo; Emeritanus in S. Eulaliæ*, &c. Maſſona exſule intruſi ſunt in illius locum

SVNNA &

Digitized by Google

NEPOPIS, pſeudo-epiſcopi, de quibus ad c. 11. 12. 13. 14. Paulli: vero Epiſcopo Maſſonæ

INNOCENTIVS ſucceſſit, ex Paullo cap. 2. Qui Ær. IↃCXLIIX. anno nimirum IↃCX. Gundemari Regis Decreto *Emeritenſis prouinciæ Luſitaniæ Metropolitanus Epiſcopus, dum in vrbem Toletanam pro occurſu regio adueniſſet, aſſenſum præbuit atque ſubſcripſit*; nec multò pòſt

RENOVATVS, de quo Paull. cap. 21. cui

STEPHANVM ſucceſſiſſe Not. ad cap. 21. probaui; qui anno IↃCXIX. Concilio IV. Tolet. ſubſcripſit *Eccleſiæ Emeritenſis Metrop. Epiſc.* Poſt quem

ORENTIVS, cuius mentio exſtat in Conc. Tol. VI. Ær. IↃCLXXVI. ann. IↃCXXXVI. Nam in ſubſcriptionibus *Guntiſcus presbyter agit vicem Orontij Epiſc. Eccleſ. Emeritenſis*. Et Ær. IↃCLXXXIV. ann. IↃXLVI. in VII. Tolet. Concil. *Orontius in Chriſti nomine S. Eccleſ. Emerit. Metropol. Epiſc. ſtatuta definiens* ſubſcribit; necnon Ær. IↃXCI. ann. IↃCLIII. Conc. VIII. interfuit. Poſt hunc

PROFICIVS *Dei miſeratione Luſitaniæ prouinciæ S. Emerit. Eccl. Metrop. ſedis Epiſc. geſta ſynodalia cum finitimis ſuis Epiſcopis inſtituta* confirmauit Ær. IↃCCIV. ann. IↃCLXVI. in Concilio Emeritæ congregato ſub Recceſuintho rege. Huius ſucceſſorem

FESTVM inuenio ipſius Wambani regni initio, nempe circa ann. IↃCLXXV. de quo nullam aliam men-

mentionem lego præterquàm apud Egicanem Regem Epiſt. *Omnibus SS.PP. in S.Synodo Toletana XVI. reſidentibus*, iis verbis, *Et quia præceſſor noſter diuæ memoriæ Dominus VVamba Rex in ipſis regnandi primordiis Theudemundum Spatarium noſtrum, contra generis vel ordinis ſui vſum, Feſti quondam incitatione Emeritenſis Epiſcopi, ſolius tantùm regiæ poteſtatis impulſu, in eadem Emeritenſi vrbe Numerariæ officium agere inſtituit*, &c.

STEPHANVS alter ær. IↃCCXIX. ann. IↃCLXXXI. Conc. Tol. XII. & ær. IↃCCXXI. ann. IↃCLXXXIII. ſub Eruigio XIII. *Emeritenſ. Eccleſ. Metropolitan.* confirmat, & XIV. ær. IↃCCXXII. ann. IↃCLXXXIV. ſub eodem *Maximus Abbas agens vicem Domini Stephani Emeritenſis Eccleſ.* ſimiliter. Qui quidem

MAXIMVS ſub Egicane ær. IↃCCXXVI. ann. IↃCLXXXIIX. in Concil. Tol. XV. & ær. IↃCCXXXI. ann. IↃCXCIII. in XVI. *Emerit. Metropol.* dicitur.

ANDREAM etiam inuenio Emeritenſem Præſulem circa ann. IↃCCCCX. Iulian. in Chron. *Blaſius* (Tolet Epiſc.) *Concilium contrahit hoc anno in vrbe Toletana. Conueniunt autem ad illud Epiſcopi, videlicet Egas Valentinus, Andreas Emeritenſis, Theodominus Bracarenſ. Adelphius Elborenſ. ex Carpetanis, & alij numero XXX. Agitur de reformatione cleri & de officij mutatione.*

Hæc Præſulum Emeritenſium ſeries ex antiquis Conciliorum & Scriptorum monumentis eruta: nec plenior aliunde ipſorum notitia extrahẽda eſt. Metropolis.

Digitized by Google

Nam varia Eccleſiæ Emeritenſis, vt temporum, viciſſitudo. Ab antiquiſſimis temporibus totius Luſitaniæ Metropolim fuiſſe nullus eſt qui dubitet. Nam Conſtantino Magno curante in ſex Archiepiſcopatus ſiue primas ſedes Hiſpania diuiſa eſt, Narbonenſem nimirum, Toletanam, Tarraconenſem, Bracarenſem, Spalenſem, & Emeritanam, vnicuique Metropolitæ ſuffraganeis ſuis attributis. *Emeritæ Metropoli in Luſitania prouincia* obtigêre *Auela, Salmantica, Ebora, Caurio, Oxonoba, Olisbona*, vti in diuiſione prouinciarum Hiſpaniæ & earum ſedium habet antiquus codex Hiſpal. D. Laurentj ante mille ferè annos ſcriptus; etſi in alio Ouetenſi Gothico plures aſſignantur, nempe *Merita* (repræſento veterem ſcripturam) *Pace, Olixibona, Oxonoba, Egitania, Conimbria, Viſæo, Lamego, Caliabria, Abela, Cauria, Elbora, Abela, Salmantica, Numantia*, id eſt *Zamora*. Nec aliter in diuiſione ab Wambane rege in Concilio Toletano XI. procurata, apud Itacium.

Suffraganei.

Hac ſuffraganeorum auctoritate Metropolitana Eccleſia Emeritenſis glorioſa incedebat ad excidium vſque Hiſpaniæ fatale, in quo Muza Arabum Dux *iuit Emeritam* (verbis dicam Roderici Toletani cap. 23. lib. 3.) *quæ multis & antiquis ædificiis antiquæ dignitatis gloriam teſtabatur, & incolæ de multitudine præſumentes contra eum ad prælium exierunt: ſed ea die Muza non potuit præualere. Videns autem quòd vi non poterat obtinere, in lapidicina vrbi proxima inſidias occultauit,*

Excidiũ.

uit, & ſequenti die, vt heri fecerant, ciues ad prælium proceſſerunt; ſed inter celatam & acies intercepti ex ciuibus plurimi occiderunt, & qui euadere potuerant, ad vrbis ambitum confugerunt. Erat enim muri firmitas miro opere fabricata. Chriſtiani autem corde puſillanimi deſperantes ſequenti die colloquium petierunt. Cumque permiſſi ad Muzæ præſentiam acceſſiſſent, & viri caniciem attendentes, ad ſuos poſt colloquium redierunt, & expoſita canicie obſeſſoris opinati ſunt ſenem breui tempore deſiturum, & ideò illá die à compoſitionis colloquio deſtiterunt. Tunc Muza præcepit murum perfodi circumquaque: obſeſſi autem ab intus exeuntes plures ex foſſoribus occiderunt. Die tertio iterum colloquium poſtulantes ad Muzæ præſentiam redierunt, & quos pridie canos notauerant, tincturæ opere coloris contrarij inuenerunt, & fatuitate attoniti miraculum reputarunt, & ad ſuos illicò redeuntes nunciarunt virum virtute præditum, qui nunc iuuenili, nunc ſenili præſtãtia iuxta beneplacitum mutabatur, & hoc miraculo conturbati, vrbem protinus reddiderunt, interpoſito tamen pacto, vt ſaluis rebus recederent & perſonis. Cœpit itaque vrbem anno Arabum XCIII. *vltima die menſis Ramadan.* Copioſiùs hæc * Raſer Arabs Dalharab Marochiorum Miramolini ac Cordubæ regis Hiſtoriographus in Hiſp. deſcript. Et Eleaſtras (ſi verum, non fictum nomen eſt Scriptoris, qui Roderici & Hiſpani excidij hiſtoriæ auctor dicitur, in quo plura paſſim de Emerita) à c. 141. ad 143. è quibus Moral. 10. cap. 73. & Marian. lib. 6. c. 20.

** De quo Mariana 3. c. 25. de reb. Hiſp.*

Raſis Arabs effuſis ingenij copiis multa ac pœnè incredibilia de eius vrbis (Emeritæ) magnificentia elegãtiaq; prædicat, à Mauris euerſam affirmans quo tempore imperium ſubdiderunt Hiſpaniam.

Iacuit itaque, iacente inter barbaros Emerita,

hæc Metropolitana Emeritenſis dignitas ſine ſede, ſine nomine vſque ad annum *noſtræ ſalutis plus minùs* CIↃ.IↃ.XXII. *cùm Callixtus II. Compoſtellanam Eccleſiam Metropolitana dignitate ſublimauit, & in ea omnia Emeritenſis Eccleſiæ iura tranſtulit, omneſque illius ſuffraganeos Compoſtellano Archiepiſcopo parere iuſſit*, vt ait Vaſæus cap. 21. Chron. Quod verbis Innocentij III. Pont. Max. Epiſtola ad Petrum Compoſtellanum libuit repetere ex lib. 2. Regiſt. *Volens enim Apoſtolica ſedes Compoſtellanam Eccleſiam pro reuerentia B. Iacobi Apoſtoli, cuius venerandum corpus in ea conditum quieſcit, ſpeciali priuilegio decorare, dignitatem Emeritenſis Metropolis, quæ peccatis exigentibus à longis retrò temporibus vſque nunc barbarica tenetur feritate captiua, eidem Eccleſiæ cum integritate Luſitaniæ prouinciæ liberali conceſſione donauit, ſicut priuilegia fel. mem. Calixti PP. prædeceſſoris noſtri liquidò proteſtantur.* Hinc præter famam nihil Emeritæ ex Eccleſiaſtica dignitate relictum eſt. Nam oppreſſionem, quam paſſi Emeritenſes ſunt ſub Arabibus non aliundè meliùs noſcas, quàm ex Epiſtola Hludouici Pii Aug. ad Emeritanos Hiſpaniæ, ab Einhardo, cuius epiſtolis inſerta eſt, compoſita, editaque inter analecta minutorum diuerſi generis Scriptorum pòſt Nota viri doctiſſ. Iacobi Sirmundi S. I. ad Capitula Caroli Calui & ſucceſſorum fol. 123. Quam libet hîc, quia bella occaſio eſt, inſerere tum quòd ab Scriptoribus noſtris tacita prætermittatur, tum etiam quòd tam Emeriten-

ſium

ſium oppreſſas res, quàm animos ad omnē bellicæ virtutis aleam promptiſſimos contineat. Hæc illa

HLVDOVICVS diuina ordinante prouidentia Imp. Aug. omnibus Primatibus & cuncto Populo EMERITANO in Domino S.

Audimus tribulationem veſtram & multimodas anguſtias, quas patimini per crudelitatem regis Abdiraman, qui vos per nimiam cupiditatem rerum veſtrarum, quas nobis auferre conatus eſt, ſæpiſſimè violenter oppreſſit; ſicut & patrem eius Abolaz feciſſe comperimus: qui iniuſtis ſuperpoſitionibus cenſum, cuius debitores non eratis, ſibi ſoluere cogebat, & propter hoc de amicis inimicos, & de obedientibus ſibi contrarios atque inobedientes effecerat. Quia & libertatem nobis tollere & iniuſtis cenſibus ac tributis nos onerare, atque humiliare molitus eſt. Sed, vt audiuimus, vos ſemper ſicut viri fortes iniurias ab iniquis regibus vobis illatas fortiter repuliſtis, & crudelitati atque auiditati eorum viriliter reſtitiſtis. Quod & vos modò facere multorum relatione didicimus. Quapropter complacuit nobis ad vos has litteras dirigere, voſque conſolari, atque exhortari, vt in ea qua cæpiſtis, libertatis veſtræ defenſione contra crudeliſſimum Regem perſeueretis, & furori atque ſæuitiæ illius, ſicut hactenus feciſtis, cedere non dignemini. Et quia idem rex certiſſimus aduerſarius & inimicus tam noſter quàm & veſter eſt, communi conſilio contra ſæuitiam eius dimicemus. Volumus enim cum Dei omnipotentis adiutorio, proxima æſtate exercitum noſtrum ad marcam noſtram mittere, vt ibi præparatus ſedeat, & exſpectet donec vos man-

mandetis quando promouere debeat: ſi ita vobis bonum viſum fuerit, vt propter vos adiuuandos eumdem exercitum contra communes inimicos noſtros, qui in marca noſtra reſident, dirigamus. Ad hoc vt ſi Abdiraman, vel exercitus eius, contra vos venire voluerit, iſti per noſtrum exercitum impediantur, vt illi & exercitui eius in adiutorium contra vos venire non valeant. Nam certos vos facimus, quòd ſi ab illo vos auertere, & ad nos conuertere volueritis, antiquâ libertate veſtra pleniſſimè & ſine vlla diminutione vobis vti concedimus, & abſque cenſu vel tributo, immunes vos eſſe permittimus: & non aliam legem, niſi qua ipſi viuere volueritis, vos tenere iubemus: nec aliter erga vos agere volumus, niſi vt vos amicos & ſocios defenſione regni noſtri honorificè habeamus. Optamus vos in Domino ſemper bene valere. Hucuſque Hludouicus ad Emeritæ vrbis ciues; cuius laudibus (vt eò, vnde diſceſſi, reuertar) non immeritò accenſenda auctoritas illa erit, quam ex Conciliorum doctrina, Martyrum gloria & virorum illuſtrium memoria adepta cunctis temporibus Emerita eſt. De ſingulis meo more, hoc eſt breuiter. Synodos Emeritæ plures olim habitas teſtimonio Scriptorum ſcimus, è quibus vix nomina temporum iniuria reliquit.

Concilia.

Circa ann. CCLIV. *vti habentur frequentes Synodi, Tarracone, Hiſpali, Carthagine, Bracaræ, Toleti*, ſic etiam *EMERITÆ, an Baptiſmus collatus ab Hæreticis cum intentione faciendi quòd Eccleſia prætendit, validus ſit? Et concluſum, validum eſſe, nec ſic ab Hæreticis baptizatos, baptizandos;*

zandos; teſte Iulio Archipresb. Tolet. qui vixit ann. Dom. CIↃ.L. in Chron. De qua re multa Baron. ad ann. CCXVII. & CLIII. quæ hîc non compilo.

Circa ann. CCCVI. Aliud *ex tribus Metropolitanis* EMERITÆ AVGVSTÆ, *circa quæſtionem, quæ tunc in Hiſpania plurimùm agitabatur, vtrùm eſſet maius ſacramentum, Baptiſmus an Confirmatio? qua de re conſulta eſt ſedes Apoſtolica;* eodem auctore. Quæſtioni huic fecit ſatis Melchiades PP. etiam Hiſpanus Epiſt. *Hiſpan. Epiſc.* ſcripta *Voluſiano & Rufino Coſ.* quæ exſtat tom. 1. Conc. fol. 188. Rom. edit.

Circa ann. CCCLIV. Aliud *de recipiendis lapſis iam pœnitentibus* EMERITÆ, vti etiam *Toleti, Bracaræ, Hiſpali, Tarracone cum numeroſo cœtu prouincialium;* ex eodem.

Circa ann. CCCLXXXV. *EMERITÆ Aug. in Hiſp. Idacius Epiſcop. Metropol. prouinciæ* (ſic legendum eſt, non *pontifex*) *Luſitaniæ contra Priſcillianum Concilium contrahit;* auctore Fl. Lucio Dextro in Chron. aſſentiente Seuero Sulpicio lib. 2. ſac. hiſt. à quo diuerſum fuiſſe, quod in collectione illuſtriſſ. G. de Loaiſa Arch. Tol. & Hiſp. Prim. fol. 108. exſtat, in Notis ad Dextrum olim aſſerui. Concilij Ἐπιγραφὴ ſic habet, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Synodus, quæ geſta eſt in prouincia Luſitaniæ apud vrbem Emeritenſem, quæ caput eius dignoſcitur eſſe XII. Epiſcop. in vnum collectorum die* IIX. *Id.* NON. *ann.* XIIX. *ſereniſſ. & piiſſ. Receſiunthi regis, Ær.* IↃCCIV. hoc eſt ann. IↃCLXVI. De

V quo

quo vid. Innocentius III. P.M. Epiſt. ad Petr. Compoſtell. tom. 2. Epiſt. Pontif.

Martyres. Hæc de Conciliis. De Martyribus etiam obiter. Inter omnes principem locum habet

Germine nobilis EVLALIA,
Mortis & indole nobilior
EMERITAM *ſacra virgo ſuam,*
Cuius ab vbere progenita eſt
Oſſibus ornat, amore colit.

Vt cánit Prudentius Poëta noſter, & pius & eruditus hymn. de illius laud. Vnde Venantius Fortunatus Opuſc. de Virgin. lib. 8.

EVLALIA EMERITA *tollit ab vrbe caput,*

quam cùm Barcinonenſi eiuſdem nominis & ætatis virgine in eadem perſecutione martyrium paſſa confundit Equilinus lib. 1. cap. 54. Mannæus Siculus & alij; nec mirum cùm in Breuiario Gothico Barcinonenſi Virgini attribuantur quæ Emeritenſis ſunt, vt pluribus diſſerui ad Dextr. ann. CCC. *Euraliæ præſtabat comitatum* (verba ſunt Breuiarij antiqui Aſturicenſis Eccleſiæ)

IVLIA *Conuirginalis eius, & cùm iter facerent, dixit ei B. Eulalia: Notum ſit tibi Domina ſoror, quia nouiſſima vado, ſed prior patiar.* Vnde in Martyrol. Bedæ, Vſuardi, Adonis & Romano 10. Decemb. *B. Eulaliæ ſocia & illi ad paſſionem properanti comes indiuidua* dicitur adhæſiſſe; Emeritæ nempe, non Barcinone, vt putat Equilinus Epiſcopus lib. 1. cap. 55. & Volaterranus lib.

Digitized by Google

lib. 16. ann. emendandi ex ...æo ad ann. CCCVI. *Emeritæ* etiam *in Hiſp.* (ex Martyr. Vſuard. & Rom. 23. Nouemb.) paſſio S.

LVCRETIÆ V. & M. quæ in perſecutione Diocletiani ſub Datione præſide martyrium conſummauit. Nec non *apud Emer. Hiſp. ciuit. natalis S.*

VICTORIS *militaris, qui cum duobus fratribus*

STERCATIO, *&*

ANTINOGENO *diuerſis examinatus ſuppliciis, martyrium conſummauit,* vt ait Ado Viennenſ. 24. Iulij, & Rom. Martyr. Apud Thomam Trugillum tom. 2. Theſ. Concion. & Amb. Moral. 10. cap. 20. Emeritæ tribuuntur SS. MM.

HERMOGENES &

DONATVS cum aliis viginti duobus, de quibus Beda, Vſuardus, Martyr. Rom. & Wandalbertus 12. Decemb. agunt. Hos in paludem profundam demerſos martyrium cõſummaſſe fama eſt, & apud Emeritenſes palus ipſa vulgò Martyrum vocata teſtatur. Non abſimiliter

FIDES &

SABINA Emeritæ paſſæ ſunt, ſi Didaco Roderico de Almela ſeu Ferdinando Perecio de Guſman cap. 5. Tit. 3. lib. 3. Valerij Scholaſtici & Vaſſ. ad ann. CCCVI. credendum eſt. Nec immeritò iis accenſemus SS. CHRISTI Martyres Martyris Marcelli filios, & Martyrum aliorum fratres

SERVANDVM &

GERMANVM Erci[illegible] comprehenſos, & ad martyrium ductos, vt teſtis eſt Iſidorus in Breuiario; de quibus vid. Athanaſius Lobera c. 26. part. 2. rerum Legionenſ. Non prætermittam tacitum

DECIANVM, de quo Iulianus in Chron. ad ann. CCCLXXXIIX. *celebratur adhuc memoria S. Daciani vel Deciani V.C. Philoſophi Stoici, ciuis Emeritenſis; quem adeò celebrat Martialis, paſſi ſub Adriano Romæ cum aliis* IV. *die menſis Iulij.* Et Decianum paſſum Romæ eodem die teſtatur Martyrol. vetus & nouum Rom. Eccleſiæ; & Decianum amicum Martiali, cui etiam alij Chriſtiani cari eruditionis & potentiæ gratia fuere, vt Marcellus Eugenius, Vitalis, Pudens & Claudia, aliique, vti ad Dextrum docui, notum eſt ex ipſo Martiali epig. 9. 39. & 59. lib. 1. & 5. lib. 2. Stoicum etiam ſcimus ex ipſo etiam epig. 39. lib. 1. cum

Magni Thraſeæ conſumatique Catonis
Dogmata ——

Decianum ſequi dicat: Emeritenſem etiam vocat lib. eod. epig. 58.

Gaudent iocoſæ Canio meo Gades
EMERITA DECIANO *meo.*

Confeſſores. Inter purpureas Martyrum laureas emicat etiam radians corona Confeſſorum

• FELICIS, qui Eulaliam & Iuliam in Rutiano prædio comitatus eſt, &

DONATI presbyteri, à *quo edocta* Eulalia *ab eius infantia rudimentis vt* CHRISTVM *fateretur*, vt Breuiaria anti-

antiqua Palentinum & Salmantin.teſtantur. De iis vid.Mor.lib.10. cap.20. Mariet.part.1.lib.1.cap.40. & Padill.cent 4.cap.14. Quid plures? Plures Paullo noſtro debemus, quos hîc non repetam. Tantùm addam, præcipuum Emeritenſium erga Deiparam Virginem MARIAM ab antiquiſſimis temporibus amorem & cultum, ſed verbis Iuliani in Aduerſar. *Ab Apoſtolicis temporibus maxima per Hiſpanias in B. Virginem deuotio & ſingularis amor; quam, cùm in viuis eſſet, inuiſebant peregrini quotannis cum muneribus, eratque frequentiſſima celeberrimaque peregrinatio ex totius orbis partibus ad eam. Præcipuè ciuitates hæ mittebant ſuos peregrinos Tarraconenſes, Pampilonenſes, Barcinonenſes, Idienſes, Cæſarauguſtani, Bracarenſes, Clunienſes, Aſturicenſes, Toletani, EMERITENSES, quibus, eorumque ciuitatibus Virgo ſanctiſſ. benedicens, & in ſuam tutelam recipiens, domum lætos & deuotos remittebat.*

Alios etiam bellica virtute & litterarum laude illuſtres Emerita dedit, quos etſi tacitos nunc prætermittam, Bello

Aget penna haud metuente ſolui
Fama ſuperſtes.

Inter militari gloria claros vir. illuſt. CLAVDIVM Ducem Emeritenſem

Vnum pro cunctis Fama loquatur. ——

De quo plura ad cap.19. Paulli. Inter Scriptores, & litteris clari.

Si quis Cecropiæ madidus, latiæque Mineruæ
Artibus ——

Emeritam ornat

Diſpeream ſi non hic DECIANVS *erit.*

Vt illius amici verba vſurpem epig.40. lib.1. à quo inter Catullum, Maronem, Liuium, Naſonem, Senecas, Lucanum & alios ſcriptis inſignes viros Decianus etiam celebratur epiſt. 62. eiuſd.lib. Nec inferiori gloriâ dignus

IDACIVS *Hiſp. Epiſcop. cognomento & eloquio clarus* (apud Iſidor. Hiſpal.cap.2.& Honorium Auguſtuden. in quo *Idatius* pro *Anicio* reponendus, de Script. illuſtrib. Eccleſ.) qui *ſcripſit quemdam librum ſub Apologetici ſpecie, in quo deteſtanda Priſcillianorum dogmata & maleficiorum eius artes, libidinumque eius probra demonſtrat, oſtendens Marcum quemdam Memphiticum, magicæ artis ſcientiſſimum, diſcipulum Manis fuiſſe & Priſcilliani magiſtrum. Hic autem cum Vrſacio Epiſcopo ob necem eiuſdem Priſcillani, cuius accuſatores extiterant, Eccleſiæ communione priuatus, exſilio condemnatur, ibique die vltima fungitur, Theodoſio maiore & Valentiniano regnantibus.* De eo vide quod ſuperiùs, cùm de Epiſcopis agebamus, dictum iam eſt. Eruditorum agmen claudat

PAVLLVS noſter, quem primi à multis deſideratum & laudatum nunc damus, vt in eo, cuius cauſsâ hoc, quidquid eſt, libelli impenſum eſt, cum Deo quieſcamus.

FINIS.

Digitized by Google

APPROBATIO CENSORIS.

Vitæ Patrum Emeritenſium à Paulo Diacono collectæ proficuè lucem videre poterunt. Actum 17. Septemb. 1638.

Gaspar Estrix
Lib. Cenſor.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google